NUGÆ VENALES;

SIVE

THESAVRVS

RIDENDI & IOCANDI.

AD

Graviſſimos Severiſſimoſque Viros,

PATRES MELANCOLICORUM
Conſcriptos.

ANNO 1663.
Proſtant apud NEMINEM; ſed tamen
VBIQUE.

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908.

NVGÆ VENALES

PRÆFATIO.

Festive Lector.

Semper jocari, stultorum, nunquam risui operam dare, non minus fatuorum hominum est: ut pote qui id quod sibi proprium est, faciunt quasi minime proprium. Si enim homo rationalis, etiam risibilis est. Atque hoc est, quod homini proprium, & quidem quarto modo, appellant cum ratione differentes Logici. Ex his autem modum tenere, sapientis est.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Horatius ait, & omnium calculo approbatur. Quomodo autem illud fieri possit, haud facile explicatus est. Ego, qui tamen unicuique liberum suum judicium relinquo, non sic severo studio instandum existimo, ut propterea omnis risibilitas, ac proinde humanitas, tollatur: exuaturque; neque sic risui operam dandam puto, ut ea de causa omnis severitas, omnis autoritas exulet, atque ita fieri potest, ut

Sit modus in rebus, sint certi denique fines.
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Cujus modi tanto major habenda ratio est, quanto major utilitatis. Est enim id, ut iterum hoc dicam, optimum utilissimumque, seriis festiva miscere. Quod ut majori cum delectatione facere possis, quisquis es, Lector, visum fuit hæc Ridicularia elegantissima, simul cum aliis festivis opusculis recudere, risuique promovendo iterare, Tu interim.

His utere, Lector amice;
Quæ bona sunt, lauda; falsa refelle: vale.

Quænam in mundo admiranda ?

RESP.

QVod omnes cornices ſint nigræ: quod ratti æquè citò currant ac mures: quod canes oſſa arrodant & deglutiant: quod ruſticus armaturam induat, galeam capiti imponat, haſtam arripiat ad defendendum pullos gallinaceos, cum ſingulis diebus tam diligenter obſerventur à vulpium orphanis. Mirabile quod feles nequam poſt cœnam, denſis exiſtentibus tenebris: ſine lumine, ſine gladio, ſine pileo, nudis auribus pedibuſque, abſque crepidis calopodiiſque audeant aggredi ingentem exercitum honeſtorum murium & glirium, Mirabilius quod hiems nunquam ita caleat ſicuti æſtas: uti legitur apud Quinquarillam, ſine perſpicillo in libro per omnia albo, in illis verbis *pata, pata, pon.* Mirabiliſſimum omnes fœminas hoc vitio laborare, ut per vnum idemque foramen mingant & cacent, *cum (ſcilicet) latrinæ podicem obverterint.* *Quid eſt ſcholaſticus ?*

R. Eſt filius patris ſui, frater ſororis, nepos avunculi, doctor omnium, præſertim

in naturalibus : utpote qui se libenter adjungit puellis , quæ ex simplicitate caseum feli custodiendum commiserunt. Summa summarum studiosus melius loquitur furno , etiamsi os ejus non ita large pateat: profert aurea verba , etiamsi rostrum ipsius non sit flavum.

Noctis commoda quænam ?

RESP.

1. Nocte conficiuntur homines : 2. Nocte amatores amasias suas adeunt , & cum iis fabulantur: 3. Nocte Cosmographi, Astrologi, Philosophi contemplantur planetas. 4. Nocte ebrii sine scandalo sese inebriant & planetas (hem patinas dicere volui) perscrutantur : 5. Nox arridet Magis , quo liberius suam magiam exerceant : placet furibus ut tutius furentur : meretricibus ut delectabilius coeant. Breviter (ut 600. literis dicam) nox confert dulcem quietem , & inducit oblivionem omnium malorum. Certè si nox non esset , multi artifices se perditum irent : qui candelabra , & candelas conficiunt , quanam re compararent sibi victum ? Lenones honesti quomodo sese sustentarent. Magni mercatorem sulphuratorum mendicarent : quid enim opus esset sulphuratis , si non essent candelæ: quid candelæ sine nocte? *Objec.* Luna est candela naturalis , ergo non opus est candelis artificiosis? R. 1. Luna non semper lucet , & tunc homines instar glirium stertere cogerentur.

2. Est

2. Est quidem Luna candela naturalis lucens noctuis & vespertilionibus, non & hominibus, multo minus furibus.

Mulier quænam pudibunda.

R. Quæ tegit faciem indusio suo.

Quibus sibi Sapiens homo debet cavere?

RESP.

1. A zelo amantium. 2. A rapina militum. 3. A penna notariorum. 4. A subtili practicâ procuratorum. 5, A mercatoribus non dantibus mutuò. Contrà non renuet prandere cum Abbatibus; cœnare cam Advocatis; jentaculum sumere cum commissariis aliisque magnatibus; celebrabit pascha in ædibus suis, at quadragesimam ubique. Præceptores nostri sic nos instruere solebant. Quinque hominum genera frequentant nundinas, 1. emptores, 2. venditores, 3. Spectatores. 4. ij. qui spectatum veniunt. 5. trium literarum homines, vulgò crumenisecæ, ab hoc quinto hominum genere, discipuli, vobis cavete,

Cur odium Vatinianum inter Monachos & Canonicos?

R. Quia monachis ova, Canonicis gallinæ in deliciis sunt. Monachi accusant canonicos, quod gallinas devorent, quæ illis ova es[illegible] ta parere ponunt; contrà [illegible] Monachos, quo[illegible] [illegible]anonici accusant pulli gallinacei (cibus Canonicorum) exclu-

duntur.

duntur. Iudex & Scabini sic responderunt; Monachorum rationibus perpensis illis assentimur: sed perpensis rationibus Canonicorum & illis assentimur, itaque neutra pars causa cecidit. Monachorum una ratio est è millibus petita, quia possunt esse gallinæ absque ovis; nam Deus in prima creatione creavit gallinas cum nullum esset ovum. Contra Canonici asserunt Deum gallinas non ex nihilo creasse, sed ex materiâ quâdam confusa, quam Iudæi *tohu vabohu*, poetę *chaos* nominant. 2. arcte accurateque tenent, gallinas posse produci etiam non existentibus gallinis: idque probant experientiâ. Nam cives in Alcair urbe Turcicâ, in furnis suis calidis ex ovis pullos exilire faciunt: itaque *adhuc sub judice lis est*, quis victor, quis victus, dubitatur.

Fœmina formidolosa quænam?

R. Quæ caudam intra crura deponit.

Homo cujus partis orationis est?

R. Participii partis: quia partem capit ab omni animalium genere. Sic multis *struthiocameli* ventriculus est, qui durissima concoquere possunt; aliis adest cor *Leonis*, in quorum numero sunt milites quidam: plures *canis* natura gaudent: quamplurimi *suis*, omnia promiscuè devorantes: infiniti *Asini* complexione delectantur, à Gallis dicti, *Asnes à courtes oreilles.*

Quotu-

Quotuplices ſunt crepitus ventris?

R. Sunt multiplices. Tormentarii horrendos edunt ſonitus, domicellę crepitus ſuos premunt intra nates, exileſque ſonos emittunt; crepitus apothecariorum nihil aliud redolent, quam vinum aromatites, vel aniſum conditũ: aromatarii nil niſi zingiber in podice habent: procuratores articulant ſuos crepitus, ſicuti cauſam alicujus proceſſus: advocati (quos auri ſacra fames exagitat) nil niſi aurum tonant in ſuas braccas: experimini, & proculdubio invenietis aliquid merdæ.

Fœmina audax quænam?

R. Quæ duos homines per unum foramen exſpectat.

Quid eſt Ruſticus?

R. Liberalis eſt, ut dives avarus; delectabilis, ut ſtercus ſaccharatum: ſyncerus, ut miles tempore belli apud pulchram fœminam; amabilis ut podagricus; albus ut civis ex Æthiopia, civilis ut ruſticus Montenſis. Breviter, Dominus ruſticus (cui Deus largiatur vitam donec moriatur) eſt pulchrior monacho ſine cappa, mendico ſine ſcutella, advocato ſine codice & decretalibus, ebrio ſine cantharo. Dominus ruſticus eſt inſignis & generoſus miles, qui uno oculo torvo tremorem incuteret integro exercitui muſcarum, imo ſcarabæorum: in illius honorem ſequens carmen pono.

Ruſticagens eſt optima flens, ſed peſſima gaudens,
Vngentem pungit, pungentem ruſticus ungit
Quoſnam vſus præſtat charta?

RESP.

1. Vt nates mundemus, alioqui digitis illas tergere oporteret. 2. Memoria optimorum librorum chartâ reſervatur: hinc extat Ovidius de amoribus, ſpeculum ululę, quatuor filii Aymonis, &c. probati authores, qui ex incendio Trojæ reſervati ſunt. 3. Literæ amatoriæ ad amaſiam chartâ tranſmittuntur. Quid hiſtoriographi, poëtæ, oratores eſſent ſine charta? ſine gramine campus, & ſine crine caput.

Fœmina meticuloſa quænam?

R. Quę non audet dormire ſine viris.

Quis ſagittarius collimat ad pedes, & tangit nares?

Crepitus ventris Germani efferunt:

Der unggewiſſe Schutz binn ich genannt,
In allen Landen ſehr woll bekannt,
Ich ziel dir nach d'verſch, und tref dir die Naſz,
Kan ſtu es mir ſagen, du biſt ein Baſz.

Bona Eunuchorum quænam?

RESP.

1. Sunt immunes à carnalibus voluptatibus, quibus homines brutorum more agitantur, & quaſi in furorem præcipitantur. 2. Moriuntur in ſuo individuo, ſicuti phœnix, avis nobiliſſima. 3. Habent vocem exilem & muſicalem.

ſicalem. 4. Præficiuntur gynęceis imperatorum, Regum, Prîncipum, &c.

Quatuor occidunt hominem ante tempus,

Vxor formoſa, triſtis familia, immoderatus cibus ac potus, aër corruptus.

Vinum à quibus in pretio habitum fuit?

Romani authorem vini tam magni fecerunt, vt eum inter Deos ponerent; Græci in vino veritatem eſſe dixerunt, ideo Bacchus pingitur nudus & juvenis: quippe qui ſine malitia & fraude veritatem aperit. Hippocrates & Galenus aſſerunt vinum eſſe medicamentum præſtantiſſimum. confortat enim & calefacit nervos frigidos; purgat melancholiam; provocat urinam; calefacit ſtomachum: ſiſtit vomitum, & animat homines ad actus heroicos.

Cur aſinis ſeſe mutuo fricare licet?

Hoc privilegium omnibus aſinis & quadrupedibus & bipedibus conceſſum, ſe mutuo ſcabere, quia genealogiam ſuam ducunt à tritavo illius aſini, cujus maxillâ Cain occidit fratrem ſuum Abelem.

Quis uſus raparum & braſſicæ capitatæ?

R. Sunt optima medicamenta pro ægrotis, nam mollificant merdam. Decoctio earum pellit cholicam ventoſam, quæ ſeſe exſerit per poſticum, & ſenſum odoris vellicat fœtore maligno.

Quid eſt homo ſine barba?

R. Piſcis ſine ſquammis, urſus ſine crine, fœmina ſine pilis, canis ſine cauda.

Mulier nauſeabunda quænam?

R. Quę nihil appetit, niſi jure perfuſum.

Avarus cui ſimilis?

R. Eſt ſimilis porco nam nemini prodeſt, niſi poſt mortem. Sed invidus, neque poſt mortem quicquam utilitatis adfert, & in vitâ ſuâ valde parum.

Crepitus ventris eſtne corporale quid?

R. Ita: probatur ſic; ratio corporis organici conſiſtit in ſubtilitate ſenſuum; Atqui nihil æque ſenſibile eſt ac crepitus: Ergo crepitus eſt corpus organicum. 2. Ecce alia ratio deprompta ex profunditate meæ braccæ: Ea omnia quæ conſtant ex quatuor elementis ſunt corporea; Sed crepitus ſunt compoſiti ex quatuor elementis: Ergo. *Minorem probo*: quia crepitus ſunt ſicci, humidi, frigidi & calidi: fac periculum victo dabis manus. Quam pulchrum eſt philoſophiæ operam dediſſe! ubique enim locorum nobis adjumento eſt. 3. Quæ ſuas habent dimenſiones, longitudinem, latitudinem & profunditatem corporea ſunt. Ergo crepitus ſunt corporei. Quia quidam crepitus magni, quidam longi, quidam breves, quidam curti, quidam obliqui, quidam largi, ſecundum magnitudinem foraminis.

Cæci quibus rebus minime indigent?

R. Candela & perſpicillo, juxta illud:
Was hath Kertz oder Brill.
Wan die Eul nicht ſehen wil.

Quid remedii pro odoratus amiſſione?

R. Recipe medicamentum quod in officinis vocatur *Diamerdis.*

Papirus, unde denominationem habet?

R. A priapo, Deo, inter Gentes & amatores, ſatis noto: anagrammatizet quis voculas *Priapus & Papirus* inveniet eaſdem literas. Ideò autem à *Priapo Papirus*, quia ea amatores utuntur, dum ad amaſias ſuas literas tranſportandas curant.

Quibus in locis publicè licet loculos exhaurire?

R. 1. In Ganea. 2. In Caupona. 3. In ſphœriſterio.

Coitus quid efficit?

R. Efficit largam, parvam, curtam & magnam amicitiam.

Crepitus ventris eſtne ſpiritualis?

R. Ita: probatur ſic: 1. Quæ inviſibilia ſunt, ſpiritualia ſunt. Atqui crepitus ſunt inviſibiles. Ergo ſpirituales ſunt: minorem probo, dum vos oro ut inſignem crepitum emittatis, mihique indicatis cujus coloris ſit, vel metimini mihi ulnam unam, ſicuti metiri ſolet pannus, & vobis, ut in concurſu lampada tradam. 2. Quæ habent agilita-

tem, ut nullus hominum possit eorum ictus evitare sunt spiritualia. Sed tales sunt crepitus. Ergo, &c. His adde, etiamsi crepitus proveniunt ex spelunca, & nascantur sine visu, sicuti talpæ, attamen non sunt palpabiles, sicuti tenebræ Ægyptiorum. Ergo, &c. 3. Fides ex auditu est. Crepitus sunt ex auditu & odoratu. Ergo crepitus spirituales sunt.

Fœmina superba quænam.

R. Quæ tantum *magnos* intuetur.

Phlegmaticis & pulmoniacis quomodo succurrendum?

R. Clystere auriculari, seu in aures injecto, quo cerebrum eorum purgetur à pituitosis & biliosis humoribus. Hoc medicatum heri vesperi (nolo enim numerare, menses septimanas & dies) inveni in aliquo libro impresso triginta annis ante mundi creationem. In quo etiam libro inveni medicamentum ex helleboro albo confectum, quo sumpto. Lens abortiit & pediculus sternutavit. O quam pulchrum est, esse medicum! etiamsi nasum stercori admovere debeat: quid tum postea? ex re qualibet bonus odor lucri: licet stercus & urina sint medicorum fercula prima, non curo; modo mea bursa semper sit gravida Iacobitis, modò meum armamentarium semper probè sit instructum (si non pistolis saltem) pistolettis sit; interim (per

me

me licet) medicorum *recipe*, *decipe*.

Quodnam eſt præſentiſſimum remedium colicæ?

R. Occludere os, & aperire nates. Agimus vobis gratias Reverendi Doctores & in gratitudinem oſculamur manus veſtras, vos in recompenſationem oſculamini noſtras nates.

Quid eſt honor?

R. Eſt nihil apud Latinos, *rien* apud Galles. Honor eſt, quod facit fumare culinam; honor eſt, quod replet granaria & cellas; honor eſt, ſuperbe veſtitum eſſe: honor eſt, ſtrenuè evacuare cantharum, honor eſt 1000. homines in prælio occidere & ne unum quidem procreare.

Mulier Hugenota & Papiſtica quænam?

Hugenota eſt. quæ omni tempore deſiderat carnem; Papiſtica quæ ſæpe volvit & tractat aſpergillum.

Volatus avis paradiſi quam vim habet?

R. Mare reddit humidum & ſalſum, ignem efficit calidum, & aromata efficacia cordi corroborando.

Quænam ſibi honorifice cedunt?

R. Dies cedit nocti, tempus ſerenum pluvioſo, dies ſabbati, diei ſolis.

Quid eſt crepitus?

R. Crepitus eſt flatus ventris, quem natura providia ſanitatis tuendæ cauſa per podicem ejicit, materia ejus exiſtens paululum craſſa; Hæc eſt definitio eſſentialis & quid-

ditativa, constat enim ex genere, quod est flatus, & differentia, quæ est ventris, nisi velis nos æque per os ac per podicem pedere.

Ære alieno obærato quid jucundissimum?

R. Si terminum dilationis ei detur eousque dum induciæ fiant inter feles & mures.

Mendici quam varia nanciscuntur nomina?

R. Si juxta rivum Rheni comedant, Domini Rheni appellãtur, si in plateis pediculos colligant custodes platearũ vocantur, si juxta exercitum sese scabant, generosi milites sunt, si furẽtur, patibuli incolæ existunt, si panem petãt propter Deum proprie mendici dicuntur.

Quid est fœmina?

R. Est secunda pars necessaria ad propagationem & conservationem generis humani. Græcus quidam dixit, ignem, aquam & fœminam esse tria mala, atque ita fœminam bonam quis inveniet? Philemon testatur, bonam capram bonum mulum, & bonam fœminam, esse tria pessima animalia. Simonides dicit, fœminas natas vel ex simia, vel ex vulpe; vel ex mustela: alter clamat earum pulchritudinem esse instar rosæ spinis circumdatæ, verba earum fraus, ornatus earum cauda pavonis, amor earum veluti serpens, quia in amplexu strangulat marem suum. Fœmina (quod sub rosa dictum velim) est homo levissimus vix ponderans duo grana, fœmina constat ex tenuissima materia cujus ulna emitur terruncio.

Qua-

Quare rex rhumbuli, trifolii, cordis & tigonis, quatuor chartarum reges semper sunt pauperes?

R. Quia continuo sunt in lusu: juxta illud: Ludus homini perditio. Miserrima est præterea conditio eorum regum: Nam si uni parti nimium pecuniæ detraxerint, condemnantur ad ignem & sicuti magi in cinerem rediguntur.

Quibus caput facile tumidum fit?

R. Iis quos deficit moneta. Homunculi quidam cum in popina quadam abdomini inserviissent, capita eorum ita intumuerunt, ut inde egredi non potuerint.

Quid est melancholicus?

R. Est stultus inter omnes asinos, qui non intelligit carnem perdicum esse longe delicatiorem vaccina.

Fœmina spiritualis quænam est?

R. Cujus vagina capax est magnarum rerum.

Crepitus ventris estne bonus?

R. Ita: probatur sic: Illud censetur esse bonum, quod utile, jucundum & honestum est. Cicer. 1. officior. Atqui tales sunt crepitus. Ergo, &c. Minorem probo: utiles sunt crepitus: quia qui animose pedit prolongat vitam suam juxta proverbium vulgare; utilitas crepitus inde quoque apparet, quod omnes fere artes ex eo originem suam duxe-

runt

runt. *Musica* ex crepitu orta est, quia tota pendet ex varietate sonorum: sicuti non inveniuntur duo nasi per omnia similes, ita vix ac ne vix quidem duo crepitus ejusdem soni, sed quot peditores, tot soni. Antiqui prædicebant pluviosum aut serenum tempus ex tono & sono suorum crepituum, Ecce *Astrologia*, Germani, quia crepitus emittunt, tanquam ex profunda aliqua spelunca, hinc bombardæ & tormenta bellica inventa: Galli, hinc confecere pilam lusoriam, quam follem appellant. Nautæ artem navigandi, inde didicerunt, ut uno vento ad contraria loca navigare possint, hac consideratione moti, quod crepitus collimet ad pedes & feriat nares, Galenus, Hippocrates, Avicenna, Rases, &c. multa secreta quoad medicinam, inde hauserunt. 1. Crepitus est jucundum quid: quia cantat nascendo, & nascitur cantando, Imo quod plus est, unus crepitus clare editus omnes sodales etiam omnino melancholicos, ad risum concitat. Imprimis crepitus canis aulæ delectabilis est, quippe qui veniam pedendi largitur Domicellis omnibus horis, dummodo dicant, abigite canem, quia pepedit. 3. Crepitus est honestum quid: quia utilitatem adfert maximam, & hominem vivificat, unde quidam ex retento crepitu obierunt. Hinc Cæsar quidam Romanus edicto permisit, ut cuilibet crepitum clare emittere liceret etiam in ipso convivio.

Filii prodigi quinam?

Quorum abavus est Midas. Nam Midas omnia quæ contingebat, mutabat in aurum, ita prodigi omnia Midæ bona relicta transmutant in merdam, colore eodem, sed odore plane diverso.

Quomodo efferes uno vocabulo latino quinque animalia eaque pilosa?

R. Vultis scire? unico verbo hoc *conculcavimus.* Prima syllaba est *con* Gallicanum, quod Latinis sonat cunnum. Secunda syllaba est *cul* quod etiam Gallicum est, Latinis autem est podex: Tertia syllaba *cat* picardicum est, Latinis cattus, Quarta syllaba est *ri* & est opifex naturæ. Quinta syllaba est *mus* animal satis notum, Gallicè *souris.*

Mulier debilis quænam est?

Quæ statim in dorsum cadit, simulac eam vel digitulo quis tetigerit.

Quænam est differentia inter pediculum formaliter sic dictum, & pediculum planum, seu inguinalem?

R. Pediculus ut sic, totum perreptat corpus, at pediculus planus inhæret mystaci palpebris &c. occupatque, portum posticum: Gallis, *le port souffe au cul,* dictum. Dicam planissime, ut cœci videant, surdi audiant, leprosi sentiant. Pediculus inguinalis est instar planetæ fixæ, at pediculus vulgaris instar planetæ erraticæ, aliquando tamen boni amici sunt. ita

ut

ut eadem mensa imò eadem quadra utantur.

Rapæ quomodo prosunt?

R. Auferunt à filiabus cordis palpitationem, syncopen, anxietatem, pleuritidem, appetitum inordinatum, colorem pallidum, tremorem, vomitum oris sed non podicis. Summa rapæ & brassicæ capitatæ prosunt. Nam brassicæ procreant ventum & rapæ crepitum. Quidam multas comedendo rapas femoralia permedarvit. Si quis non vult credere admoveat nasum & sentiet proculdubio, niisi prorsus careat odoratu.

Quis est autor ventorum?

Follis confector & podex.

Bona domestica quænam est?

R. Quæ omnibus satis pensi exhibet.

Quid sunt Bohemi?

R. Sunt homines rotundi, quorum nasus, dum viunt, semper intra duos oculos consistit, qui æquè sordide egrediuntur mundo ac intrant, qui habent ventum in podice æque ac follis: minimum eorum natura donavit 32. dētibus, atque maxilla instar crepitaculi leprosorum. Bohemi plebei equitant super fœminas, at magnates & nobiles super equos, stulti sunt per naturam, estque iis stultitia proprium quarto modo, frigent præ calore, & æstuant præ frigore.

Quinam sunt excommunicati?

R. Qui crepitum emittunt & non aperiunt podicem.

Quam

Quam quisque novit artem in hac se exerceat?

R. Itaque Philosophus loquatur de Philosophia, medicus de merdis, cerdo (vulgo aurifex in corio) de veteramentis, barbitonsor de barba. Cœcus delectetur baculo suo, Doctor caputio, monachus cappa, faber securi, nauta navi, &c.

Recita laudes podicis?

R. Dominus *podex* cætera omnia membra dignitate superat. Nam 1. est *philosophus*, quia gerit barbam. 2. Est *advocatus* insignis, quia tam clarè animi sui sensa exprimit, ut nullus advocatorum audeat nasum suum admovere. 3. Est *capitaneus* animosus, nam aut vult vincere, aut vinci sive mori, ita præfractè pugnat. 4. Est *Rusticus* insigni charitate præditus, sæpe enim vicini sui agrum gratis stercorat. 5. Dominus podex est excellens *pictor*, præsertim quoad indusium; linteamina enim tam citò non sunt extensa, quin picturas varias adumbret. 6. Est probatus *pharmacopola*, quia optime conficit confectionem *Diamerdis*. 7. Est optimus *musicus*. Nam quamvis musica divina & vocalis sit jucunda, nihil tamen ad podicis musicam. Nam vocalis musica tantum satisfaciat auribus, at podicis musica non tantum tangit auditum, sed etiam odoratum, gustum, visum, tactum. 8. Est *vir honorabilis*, quia primus locus ei assignatur.

tur. In conviviis hoc cernere licet, ubi parietes tapetis ornati sunt & pulvinaria composita, nam ibi audiuntur statim hæc & similia: tu pone podicem hic, tu ibi, hem tu nimis humiliasti podicem, tu non satis commode sedes, nimium exaltasti podicem, tu eas allatum vinum cum tuo podice, tu maneas hic cum tuo podice, & ego vobis ago gratias & abeo cum meo podice.

Fœmina curiosa quænam?

R. Quæ appetit scire, quid quivis possit.

Quæ maximè omnium lucrantur?

R. Qui in hoc seculo sunt versipelles, temporiset vientes & instar Chameleontis quemlibet colorem induentes. qui cum affirmantibus affirmant, cum negantibus negant, hic quæstus hodie est uberrimus.

Brassicis capitatis quinam delectantur?

R. Fœminæ: idque propter acrimoniam earum, & cum eas miscuerint cum farina zizaniorvm, provocant annos, dies & menses suos, suppositis in modum suppositorii; loquor de *Androgyne*, id est, corpore composito ex duplici podice & quatuor clunibus, quod mirifice facit ad conservationem generis humani. Galenus ait, brassicam capitatam admodum utilem esse iis, qui tremori & convulsionibus sunt obnoxii: quare consulo juvenibus, ut omni mane sumant scrupulum unum ut nates tremant, quando virga eis minatur,

natur, ſumant item tandem recens nuptæ, ut poſſint alacrius perficere opus, quod prima nuptiarum nocte exequendum.

Fœmina guloſa quænam eſt?

R. Ad hanc quæſtionem utpote difficilem, ſolus reſpondere nequeo: ſubvenite viri qui ornati eſtis more Moſaïco ſecundum vetus Teſtamentum ſcilic. Hem devorate manipulum unum cinnamomi, ſyncopæ corripiamini, apprehendite trabem ne cadatis: quid jam dicitis: Illa guloſa eſt, quæ amat rem delicatulam. Rem acu tetigiſtis.

Quis naſus eſt optimus?

R. Magnus. Vide catalogum Imperatorum Romanorum omnes fuerunt naſuti. Numa ſecundus rex Romanorum ſeſquipedalem naſum habebat, ideoque nominatus fuit Pompilius, quaſi dicas, naſus in ſuperlativo gradu. Lycurgus & Solon habebant inſignem naſum, ſi fides ſit adhibenda Plutarcho. Summa omnes Reges Italiæ fuerunt naſuti, excepto Tarquinio ſuperbo, qui ideo etiam urbe & regno pulſus fuit. Quiſque apprehendat naſum ſuum, & videat, num poſſit fieri imperator. Qui habent magnum naſum cæteris ſapientiores ſunt, & melius exercent animi functiones, quia melius ejiciementa exeunt. Vnde Homerus quia erat ſapiens naſutus dicitur. Et proverbio illi dicuntur prudentes, qui è longinquo odorantur; & de ſtupido dicitur,

non

non habet naſum: & præſertim naſus eſt indicium brachæ: juxta illud.

Ad formam naſi cognoſcitur ad te levavi.

Quænam eſt differentia inter ſapientem & ſultum?

R. Aliqui menſurę duę vini diſcriminant ſapientem à ſtulto. Nam cum doctor menſuram unam atque alteram biberit; nihil differt à ſtulto. Alii qui plus vident quam 25. cœci cum ſuis perſpicillis, ſic reſpondent, nullam aliam eſſe differentiam inter ſapientem & ſtultum, niſi quod hic publice, ille privatim ſive clanculum, ſuam exercet ſtultitiam. Certe in quibuſdam etſi ſtultitia foris non appareat, ſemina tamen ſtultitię intus latitant. Sed qui ſe putat aliis ſapientiorem eſſe, is ſtultorum imperator dicendus eſt. Eſt enim primus, ſtultitiæ gradus ſeſe aliis anteponere. Huic quæſtioni finem imponens vobis omnibus opto annos Neſtoris, divitias Midæ, ipſius autem auriculas iis, qui non habent.

Fœmina frigida quænam eſt?

R. Aquæ potatoribus res iſta decidenda relinquitur non vinolentis: qui capite & podice ſuum negotium defendunt, ſicut cornix, quæ nuces frangere & dejicere deſiderat: uno verbo: frigida eſt, quæ deſiderat operiri viſibus.

Cur data eſt barba viris?

R. Vt ſit ſignum dominii in fœminas, iiſque

que præpolleant. Fœminæ iratæ Iovem adjerunt, petentes ab eo barbam, tum Iupiter ſubiratus, in medio, inquit, conſiſtit virtus, barqamque illis affixit in medio. Iuro per ambas nates hoc formaliter ita ſeſe habere.

An viri cornigeri ſint infames?

R. Nequaquam. Nam cornua portare honori datur, Sol ſpargens radios ſuper terram, nonne videtur dicere, videte cornua mea. Luna creſcendo & decreſcendo oſtendit cornua ſua. Magna pars quadrupedum gerit cornua. Imo ipſi Diaboli ſi pictoribus ſit habenda fides, habent cornua. Monoceros, Taurus, hircus gloriantur cornibus ſuis. Moſes cornutus pingitur. Pan Ethnicorum Deus cornua habet, Pan Græcum eſt, Latinis omne, ſi addas cornua, idem eſt ac ſi dicas, omnia ſunt cornuta. Cum igitur in cœlo, in terra, in inferno ſint cornua, quare & viris cornua non competerẽt.

Expone verſus iſtius Epithapii.

O Deus omnipotens vituli miſerere Joannis
Quem mors præveniens non ſivit eſſe bovem.
Corpus in Italia eſt, habet inteſtina Brabantus?
Aſt animam nemo: cur? quia non habuit.

R. Eſt epitaphium factum in honorem cujuſdum ſtudioſi nobilis Heidelbergæ ſtudentis, qui cum inſigniter genio indulgeret, vinumque non pitiſſando, ut decebat, ſed plenis buccis hauriret, vitam ſuam abbreviavit.

Illius

Illius ſenſus eſt: O *Deus omnipotens vituli miſerere Joannis.* Vocabatur enim Ioannes *Kalf* ſeu vitulus. *Quem mors præveniens non ſivit eſſe bovem.* Metuendum enim, ne ſi diutius vixiſſet, ex vitulo bos factus fuiſſet. Corpus in Italia eſt, &c. cum nobilis eſſet corpus ejus Italiam verſus miſſum, inteſtina vero ad Brabantos. Aſt animam nemo: cur? quia non habuit. Certe ebrioſi neque vitam neque animam habent.

Quid eſt barba?

R. Eſt pilus. Quid eſt pilus? R. Eſt barba.

Quinam ſunt omnium maxime guloſi?

R. Fœminæ: quia non ſolum de die, ſed etiam de nocte carnes comedere volunt, una vice tantum devorantes ut penè ſuffocentur.

Quæ eſt differentia inter barbam & crinem?

R. Barba naſcitur in fœminis juxta os pubis, at crinis in pericranio & auribus.

Narra lepidam Thraſonis Irriſionem?

R. Quidam cum à Thraſone egregie fuſtibus mulctatus eſſet, interroganti populo cur ſe non defendiſſet: reſpondit id ſtrenue feciſſem, niſi metuerem Thraſonem hunc alio tempore me aggreſſurum, & minaciter in culum meum ſufflaturum, quod pati nullo modo poſſem quin in illius faciem & oculos ſcrearem, quod redoleret merdam.

Fœmina

Fœmina diligens quænam est?

R. Quæ bis suum opus perfecit, antequam altera semel.

Quomodo pronunciabis uno verbo, radices esculentas, carnem & pisces?

R. Vocula *Pekulharing*. Pe enim Brabantinis sonat radicem; Colonienſ. & Germanis *Murren oder gelbe Ruben*, *Haring* est piscis: & *kul* seu testes carnem significat.

An pecuniæ obediunt omnia?

R. Sic? Nam magni mercatores sulphuratorum apud combibones in majori pretio sunt, quam ipse Plato, si maledicto isto metallo destituatur, juxta illud: *Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Quænam sunt privilegia scabiosorum?

R. Si tres sodales assideant & sint nisi duo vitra, Dominus scabiosus habebit unum pro se, privilegiatus est, ut solus bibat, solus edat, solus merdet. Si octo hospites diverterint in diversorium, in quo sit curta supellex, & sint nisi tres Lecti, Dominus scabiosus privilegiatus est ut unam occupet (cæteris omnibus ringentibus) solus dormiat, ita bene meretur de omnibus scabiosus. Innumerabilia ejus Privilegia sunt. Hoc privilegiũ etiam in eos competit, quod leprosos nitore superant, quodque duo scabiosi oculati plus videant quã decẽti cœci cum suis perspicillis.

Cur

Cur crepitus eſt generis maſculini cum pertineat potius ad fœminas, & mentula generis fœminini, cum pertineat ad maſculos?

R. Miſſos faciamus Chamæleontes, qui niſi ventis & fumo veſcuntur, cordatos conſulamus. Prima quæſtio eſt, cur crepitus ſit generis maſculini, &c. agitata fuit in collegio magiſtri Aliborum. Vos qui eſtis *Naſuti* dicite ſententiam veſtram: accedite hic: Nonne veteres Romani condiderunt legem de crepitu propter fœminas? quæ eum intra nates ſuffocabant, & totum ſodalitium humectabant ſine humore vini vel cereviſiæ, ita ut labia non madefierent? R. Verum quidem eſt, mentulam proprie pertinere ad maſculum, ſed quia fœmina ea die nocteque exercenda eſt, dixerunt eſſe generis fœminini. Per quam regulam. Eſto fœmineum, &c.

Quænam eſt ſupellex mobilis maxime neceſſaria de nocte?

R. Sulphurata. Nam ſimulac nox ingruit, candela accendi & focus exſtrui debet, hoc autem fit beneficio ſulphuratorum; quod ſi deſint jam vicinos importune adire oportet, & precario ab illis ignem petere. Et quam neceſſaria ſint ſulphurata hinc apparet, quod magna pars pauperum victum inde ſibi quæritat, hinc *Cornucopiæ* pauperum dici poſſunt quia ex illis victitant quoad neceſſaria

ali-

alimenta ſcilicet & veſtes. 2. Si quis tempore nocturno incidat in ſyncopen, aut apoplexiam ſtatim ſubſidium petendum à ſulphuratis & ignitabulo (Nam hæc duo inſeparabilia ſunt) ſtatim candela accendenda ad accerſendnm medicos, pharmacopæos, chirurgos, quod ſi ſulphurata deſint, ecce Homo mortuus. Vnde recte belgæ de ſulphuratis:

Ein groſz gemach umb ein klein Gelt.

Mulier liberalis quænam?

R. Quæ nihil denegat petentibus aliquid à ſe.

Eſt ne mendicus præferendus diviti?

R. Eſt. Quia Alexander totius orbis monarcha invidebat Diogeni paupertatem ſuam, dicendo: ſi non eſſem Alexander vellem fieri Diogenes. 2. Quia paupertas artes perdocet: neceſſitas enim artium inventrix & ingenii largitor: & revera dum pauperes ſtudent, divites abdomini indulgent: & quia paupertas ſemper in magno pretio habita fuit, ideò mendici immunes ſunt ab omnibus vectigalibus, & ubique locorum jus municipale (quod quibuſdam in locis multo conſtat) gratis obtinent. 3. Omnes reges totius mundi, principes, cives, &c. de jure divino tenentur illis pendere tributum & dare eleemoſynam, privilegium hoc illis nunquam deerit quamdiu mundi hęc compages ſtabit, nam mendicos ſemper habebimus nobiſcum. Ve-

rum quidem est quod multam adhibeant diligentiam, quo sibi acquirant panem quotidianum, at id illis commune est cum advocatis, procuratoribus & totâ tribu furunculorum. 4. Cum per mare per terras currat mercator ad Indos, idque sæpe cum vitæ periculo, soli mendici à latronibus liberi sunt, juxta illud; Cantabit vacuus coram latrone viator. 5. Cum obærati à suis creditoribus vexentur, in solos mendicos neque procurator, neque creditor, neque magistratus ullum jus habent: quia calvum vellere difficile est, tonsi sunt usque ad cutem, estque illis domi curtissima supellex. Itaque petentes ablegant: contra ab omnibus stipem petunt, cives sunt totius mundi, cum cæteri homines una civitate inclusi sunt veluti Parisiis, Roma, Colonia, &c. 6. Præterea neque fæda usura animam conspurcant, nemo illis fortunam invidet. Videtis ergo paupertatem esse malorum refugium, miseriæ asylum. 7. Donum pauperis rustici in vola manus portantis pauxillulum aquæ ad Artaxerxem, nonne superat divitias 100. Dominorum? Pauperibus enim nunquam deest bona voluntas. Et Thebanus Philosophus nisi cognovisset paupertatis prærogativam, nunquam projecisset bona sua in mare, dicens: *mergam vos ô Divitiæ, ne mergar à vobis.* Fabritius id quoque exactè cognovit, cum rapa sua prætulit auro Samnittarum. Magnus

Philosophus nudus exivit civitate Priena. Diogenes nunquam rupisset scutellam suam ligneam, nisi sciviſſet, naturam nobis de omni supellectili satis superque providisse. Et certè tot homines docti non fuissent amplexi paupertatem, nisi gustum aliquem boni in ipsa percepissent. Breviter mendici quiete dormiunt, non timent crumenisecas neque latrones nocturnos. Neque opus habent Helvetiis ad thesauros suos custodiendos. Et ut id quos res est, dicam, Homo qui paucis contentus est, perfectè dives est, imò ditior quam si possideret opes Crœsi & Alexandri. Pauper nihil potest amittere & tamen singulis diebus lucrum facit.

Qualis futurus est Antichristus?

R. Erit prægnans & pariet 18. Elephantos scarlotos & cæruleos, & hac de causa anseres tam alte vociferabuntur, sicuti solebant ante 100. annos, neque dignabuntur calefacere pedes, quando volent ire cubitum.

Mulieres cur potius nubunt Iuris-perito, quam Medicis & Theologis.

R. Poëta neocthericus.

Vt juris mystes jus fas rectumque ministrat,
Fœmina sic rectum semper amare solet.

Meretrix quid & unde?

R. Meretrix rectè à quibusdam dicitur Ephippium *Reipublicæ*: ejus avus fuit eques rusticus, & ne ipsa degeneraret à stirpe sua,

vocatur eques aurei velleris, ſive mavis, equus. Meretrix unam manum ori admovet alteram crumenæ, niſi quando aſſidet menſæ: meretricis unus oculus in patinis eſt, alter in quadra vicini ſui, uno oculo ridet altero flet, aurem unam aperit culinæ odori, alteram claudit precibus amicorum, curæ cordique illi eſt ſodalium ſanitas, nam eos non ſinit ſtertere nec die nec nocte, & præſertim tempore pomeridiano, quod eſt admodum inſalubre: habet aures patulas ſimiles auribus (ſalva reverentia) aſinorum, os illi eſt inſtar fornacis, quamvis ad tantam capacitatem non accedat. Vno verbo meretricum virtutes tot ſunt, quot ſunt muſcæ in autumno, pediculi in pallio mendici, farcimina Pariſiis. & ne videar eis adulari, eſt *tanquam equus & mulus in quibus non eſt intellectus.*

Mendacia adferuntne quid utilitatis?

R. Quod ſic. Nam Chaldæi, Ægyptii, Græci & Romani, cum animadverterent veritatem non ſufficere populi ferociæ domandæ, formarunt religiones mendaciis ſcatentes. finxerunt Neptunum cum tridenti, Cupidinem cum ſagittis, Vulcanum cum face ardente aliaque mille figmenta, & mendacia quæ excogitarunt ut ſubditos in perpetua obedientia & concordia continerent. Idem fecit Minos in Creta, Lycurgus Lacedæmoniis, Mahomet ſuis mendaciis, totum imperium ſta-

ſtabilivit. Bellorum præfecti, & quæſtores ærarii mendacio admodum opus habent, ſimiliter & judices in ſuis functionibus, Et Domini Advocati, qui defendunt, quod prætor eis mentiri permittat. §. *Nam ſi cui ex juſta cauſa.* Mercatoribus & artificibus mendacium panis quotidianus eſt, ex quo plerique victitant, & multorum res ad reſtim rediiſſet, niſi ſe hoc modo ſuſtentaſſent. Amatores nunquam ad finem optatum pervenirēt, niſi mentirentur per gulam, Medici, chirurgi, lenones, imo agyrtæ omnes nonne palam utuntur mendaciis? Iudith nonne mentita eſt, ut patriam liberaret periculo, quod illam premebat. Et divinus Plato, quamvis magnus zelator veritatis (qui in ſecunda ſua lege omnes Poëtas exilio multavit, eò quod inſigniter mentirentur) nihilominus lib. 2. de repub. dicit: ſelectas fabulas matres ac nutrices pueris narrare hortabimur, quaſi dicat, inſtillà infantibus mendacia. Et ut breviter dicam verbis circiter 18000. Rhetorica quid aliud eſt, quam ars mentiendi.

Charitativa quænam eſt?

Reſponde, tu qui tantum cerebri habes quantum pulicum in podice canis, qui repletus es ſapientia à culo vſque ad gurgulionem? Hæreo: dicam ergo: charitativa eſt quæ libenter hoſpitio excipit cæcos.

Quodnam est maximè necessarium & speculati-vum in domo?

R. Dicam aperte, ut surdi audiant; monoculi & cœci videant, inodori odorem illius participent; est *latrina*. Ea enim omnes uti coguntur de necessitate naturæ, unde excretio opus naturę dicitur. 2. Latrina est admodũ speculativa, nam nos omni scientia instruit. Si quis desiderat esse *Mathematicus*, *Philosophus* aut *Astrologus*, adeat latrinam ibi percipiet, quando cœlum pluet, ibi videbit eclipses cum lunares, tum solares, ibi intelliget rotunditatem orbicularem cum suis influentiis, cognoscet ventum Australem flantem ex loco proprio, ibi intuebitur patinam (hem planetam dicere volui) veneris, inspiciet horologium, in quo horæ ad amussim indicantur, si quis discere velit *artem militarem* admoveat nasum suum latrinæ, percipiet sonum bombardarum, tormentorum, &c. Si quis desiderat scire *Musicam*, adeat latrinam, audiet varios sonos, discantum, tenorem, altum, Bassum. Si quis vult esse *mercator* & facere lucrum ingens, adeat latrinam, petat mille libras, non ei denegabitur, semper janua patens erit. Si quis vult esse *coquus* adeat latrinam, ibi videbit omnis generis cibos præparatos, tartas, farcimina, &c.

Cur Helvetii in braccis ſuis gerunt vaginas, in quibus enſes recondunt. Hollandi vero, Galli aliique Germani non item?

R. Quia Helvetiorum filiæ ſimpliciſſimæ ſunt, ideoque ejuſmodi ſignis indigent: contra filiæ Gallicanæ, Hollandicæ, &c. longe ſunt aſtutiores ideoque ſignum certius ſibi elegerunt: optime enim callent hunc verſiculum.

Ad formam naſi cognoſcitur ad te levari?

Recita verba ridiculi cujuſdam oratoris?

R. Quidam dum peroraret inter cætera ſic dicebat, ubi incipiam, auditores, neſcio. Nan quantum ad Theologiam attinet, nihil intelligo, quantum ad mathematicam valde parum, quantum ad Philoſophiam ſum alter norans, & quantum ad reliquas omnes ſcientias, nihil ſcio. Deo ſit laus & gratia. Nam quantum ad Iuris prudentiam alias rectum *das recht*, ei rei fœminæ veſtræ melius ſtuduerunt quam ego, & vos docebunt quidem aliquid. Itaque nihil habeo, auditores reverendi, quod vobis proponam, niſi meam ſtultitiam, & ſi non vultis me audire perorantem de hac inſigni materia, vos omnes inanes dimittam. ſed quia video aures veſtras apertas inſtar crumenæ advocati vel erectas inſtar aſinorum dicam vobis verbum unum atque alterum. Dicite mihi bona fide, exiſtimatiſ-ne vos mę ſapientia antecellere, ſi putetis, jam

ſtulto ſtultiores eſtis. Nam primus gradus ſtultitiæ eſt; ſeſe aliis anteponere. Nonne legiſtis apud probatos authores ſtultorum numerum eſſe infinitum? An ego vos ſtultitia ſupero, dum ridicularia vobis narro; an vos me eadem ſuperatis, qui ridicularia auditis? Certe plures ſunt ſtulti, quam ſunt ſyllabæ in Calepino; dicam aperte ut Surdi quoque audiant, *Die Werelt iſt der Narren voll.* Vultis probationem? Nonne proverbium eſt? *Oportet ſtulteſcere, vel in juventute, vel in ſenectute.* Itaque ſtultitia regnat vel in hoc, vel illo tempore.

Quibus non licet curare cuticulam?

R. Quibus panis, vinum & dentes deſunt.

Quare fœminę non ſunt caudatæ?

R. Quia caudam à viris aut à vicinis ſuis mutuo accipiunt.

Porci in quibus homines ſuperant?

R. In veſtibus & cibo. Nam veſtes habent naturales, ſetas ſcil. & cibus eorum eſt delicatior noſtro, quia eſt exactè maſticatus, ita ut nihil aliud reſtet, quam ut deglutiatur.

Quinam ſunt infortunati?

R. Qui habent memoriam cuniculi, qui currendo ſe perditum it. 2. Qui è lecto ſurgentes podicem elevant antequam naſum elevaverint.

Quænam non ſaturantur?

R. Oculus viſu, auris auditu, &c. & fœmina nunquam faſtidit virum.

Quid

Quid est hypocrita ?

R. Qui incedit capite reflexo intra duas scapulas, qui habet brachia sua intra manicas, togam supra coxendicem gestat, & podicem intra femoralia abscondit.

Quinam sunt ejusdem farinæ homines ?

R. Dominus Be-fa-be mi, id est musicus: Dominus palpator pullorum an ova parere velint vulgo *Hennentester*: Rogier bon temps, id est, comessator & Bacchi filius vulgo *Schmerborst*.

PROBLEMATA LUDICRA
& Historiolæ ridiculæ

ANIMI
RELAXANDI
CAVSA EXCOGITATA.

Quænam sunt raro contingentia & fere contra naturæ Cursum ?

RESP.

PVella adolescens sine amore: nundinæ sine furibus; antiquus Iudæus sine divitiis; antiquum horreum sine muribus: antiqua vestis pellicea sine pediculis, antiquus caper sine barba, antiqua monialis sine religione.

Quis vulgo dicitur Calcearius Dei ?

R. Qui corium furatur & calceos propter Deum dat.

Quis præfertur nobilibus sine servis incedentibus?

R. Asini molitoris: illi enim servo comite ingrediuntur.

Cur mendici numerosam habent prolem?

R. Quidam quia levibus utuntur stragulis seu tegumentis ideoque arcte coeunt: hinc Liberorum multitudo: quidam aliter. quia tuto solent coire, exploratum habentes non se sed nos eorum pueros esse educaturos, ipsi enim faciunt, nos autem cogimur educare.

Ridicula cujusdam ægroti responsio?

Ægrotabat quidam, & cum de ejus vita desperatum esset, cœpit parochus hominem admonere suæ migrationis, & inter alia verba consolatoria ita dixit præpara te ad summam Felicitatem, hodie enim portaberis ab angelis in sinum Abraham: ad quod ægrotus, Hoc mihi profecto gratissimum est: nam si longa est via non possum ire pedibus, adeo defessus sum & infirmus.

Jocus Nautę in ebrium.

Ebrius quidam cum aliis multis se lacum Acronium trajecit, ac in prora paulum obdormiscens, in lacum est præcipitatus: Socii autem illius cum clamarent ut navem sisteret nauta, quoniam ebrius in lacum decidisset. Ille dissimulavit aliquandiu, surdisque auribus lacum sulcavit. Tumultuantibus vero tandem omnibus ut sisteret, sineretque educi ebrium.

Re-

Respondit ridicule: Quam fatui estis, creditis hunc hominem aquâ suffocari? Acclamantibus illis, jam fere actum de vita ejus, nisi subveniret confestim. Stultis, inquit, stultiores estis: vino suffocatus aquam in nullam corporis partem admittit.

De Nasuto Adolescente.

Erant studiosi literarum Adolescentes, qui una iter faciebant, & cum essent cauponam ingressi procax mulier unum ex illis Nasutum cœpit irridere. At ille, Deus, inquit, uno eodemque tempore meum & tuum nasum creavit, mihique optionem fecit, aut tuum eligendi, aut meum: Itaque cum tuus mihi displiceret, ita apud me cogitabam, elige ibi longiorem, & caca in hunc breviorem.

Quinam sunt omnium Ditissimi?

R. Sacerdotes, qui etiam in funere, & juxta mortuos canunt, & monachi qui die nocteque psallunt.

Quisnam Cauponem egregie decepit?

R. Bavarus quidam qui comedit in ovo integrum pullum gallinaceum, & non soluit.

Quinam sunt omnium liberrimi?

R. Medici, & carnifices: quibus solis licet hominem impune occidere, & cum homicidium aliis capitale sit illis etiam mercedem affert.

Quænam utilitates nasi?

R. Nasus discernit omnis generis odores,

 mus-

muſcum, zibetum, crocum, quę naſi beneficio in magno habentur precio. Imo ipſi cæci per naſum ſentiunt ventum flantem ex provinciis inferioribus.

Quæ res periculo non vacat?

R. De magnatibus majorumve gentium diis dicere; veritas enim odium parit, periculoſum eſt iis aliquid ſcribere, qui poſſunt proſcribere. Italorum proverbium eſt.

Scherza con infanti: Et laſcia ſtari Sancti?

Id eſt, cum pueris jocare & ſanctos ſinito ſtare.

Quem univerſus mundus vocat nepotem?

R. Qui pulchram habet uxorem.

Mira deſcriptio hominis pygmæi?

Narrabo quid ridiculi, unde auris veſtra ſiniſtra titillabit. Vos qui libenter ſaltatis ab equis ad aſinos, imo qui eſtis aſini ipſiſſimi arrigite aures; hæc enim faciunt ad palatum veſtrum. Pygmeus ille eſt homunculus rufus cum barba nigra ipſius pileus factus erat in modum ſyringis apothecarii, globuli ex cæpis conſtabant, collare ex corio Hiſpanico, vulgariter Corduano, periſcelides ipſius compoſitę erant ex farciminibus: veniebat è regione, in qua nullæ erant perſonæ, ſi jumenta & homines excipias, optimè callebat artem auferendi Lendes è manibus & natibus: ſciebat quoque arrodere ungues, deſpumare lebetem, & quod mirabile dictu eſt vorabat ſicuti Lupus,

pus, bibebat ſicuti vacca: Erat bene verſatus in probatis autoribus, in Calepino duorum foliorum & in multis altis Libris, nam quantum conjectura aſſequi poſſum ponderabat circiter Libras 28. caſei Hollandici, excepto pileo illius nocturno ſeu cucupha, quam pignoris loco hoſpiti reliquerat: memini me illum aliquando vidiſſe Pariſiis in balneo ſed tunc erat purgator caminorũ, ſtylus ipſius erat ſatis amplus & nitidus & ſplendebat ſicuti matula. Legerat multos commentatores per exiguum foramen oculi ſui, ſed ipſi non arridebant, itaque ablegavit illos ad mille Diabolos, ſicuti globulos in Ludo pyramidulorum. Nam prædicti autores erant ita obſcuri ſicuti tenebræ Ægyptiorum. nihil poterat comprehendere, & neſcio an vos quoque poteritis ruminare, unus dicebat Bran, lingua Rouana eſſe merdam, alter diſſerebat, non omnes ruſticos quadratos eſſe in terra montenſi, quia etiam multi reperiuntur inter craſſos Batavos, tertius affirmabat febrem quartanam eſſe ſaccarum ollare pro Angelis in præmium illorum guloſitatis, quartus diſſerebat, ſe in magno cætu, ubi ſolus erat, ut culinę civis de cupediis acriter ad ſanguinem uſque diſputaſſe & vidiſſe ibi hominem, exiſtentem in prætorio, qui merdaverat in granarium quo magnificum ſibi nomen præ rattis & muribus compararet.

Familia omnium inutiliſſima & triſtiſſima quæ prædicatur?

R. Gallina ſine ovis, porca ſine ſuculis vacca ſine Lacte, filia quæ noctu extra domum divagatur, filius luſor, uxor furtim bona viri abſumens & famula prægnans.

Recita lætitiæ gradus?

R. Si vis gaudere per unum diem radas barbam, ſi per ſeptimanam, vade ad nuptias, ſi per menſem eme pulchrum equum, ſi per ſemeſtre, eme pulchram domum, ſi per annum ducas pulchram uxorem, ſi per biennium fias ſacerdos, ſi ſemper vis eſſe Lætus & gaudens, ſis ſobrius.

Quinam ſunt inſignes fatui?

R. Fidelis amator puellarum, probus Luſor & miſericors miles.

Quomodo quidam vicinum ſuum ad prandium invitavit?

R. Hoc modo: ô bone vicine, veni hodie in domum meam & mecum prande: ſi enim edulia tecum apportaveris, non niſi ad vini ſolutionem te compellam.

Quinam ſunt omnium probiſſimi?

R. Homines rufi ſcilicet, quia Chriſtus ſolius rufi Iudæ Iſcariotis (quem rufum pingunt) oſculo tangi dignatus eſt.

Cur pulices plus Mulieres quam viros infeſtent?

R. Quoniam poſtquam cibo ſunt exſaturati,

rati, etiam flumen & aquas apud illas habent, quibus & sitim exstingere possunt.

Recita cujusdam ridiculum testimonium?

Quidam Tubingensis in testem adductus tale testimonium dedit, Ego jacui & dormivi, attament vidi & audivi, quod actoris caput ligone percuteret, nescio tamen an tetigerit eum.

De Paulo Wúst.

Paulus Wust, id est impurus ex inconditis salibus & scommatibus cognominatus, cum Eberhardus princeps noster barbarus rogasset eum, ut suus familiaris esset, respondit, Pater meus procreavit sibi proprium fatuum: tu item, si vis unum habere, facias tibi ipsi, sicut pater meus fecit.

De Nobili amplexatore.

Rotenburgi ad Nicrum quidam Nobilis in Caupona amplexaturus puellam: Quid inquit præmii acceptura es & passura, ut mea manu mguen tuum attrectem, nam si clamaverit, ut Catus, farcimen ei statim à me dabitur? Puella subridens, quid tu, inquit, à me vis auferre mercedis & anum meum inflare: Nam si vocem emiserit anus, qualem edit cornu venaticum, cõtinuo leporem ego tibi capiam.

Fatui cur mũlieribus grati?

R. Quoniam omne simile appetit sibi simile, vel quoniam pares cum paribus facillime congregantur.

Amor

Amor quare api comparatur?

R. Quia in ore mel, in cauda aculeum habet. Flos veneris rosa est, sed sub ejus purpura multæ latent spinæ.

Principium dulce est, at finis amoris amarus.
Læta venire venus: tristis abire solet.
Obsequium amicos, veritas odium parit.

Pistor quidam cum in spectaculo quodam Christum crucifixum præsentaret, Iudæi illum probrosis dehonestabant verbis, quod cum patienter tulisset, nec iis commoveretur dixit unus ego hominem exagitabo clamavitque ad eum sæpius *fur Farinæ*; Tum pistor, tace, aut ego te cruce in terram prosternam.

Facetum rusticæ Puellæ dictum.

Quidam Nobiles cis Necharum Sueviæ nostræ flumen præteribant quasdam lotrices rusticas, quarum ob nimium frigus pedes rubebant: unde unus illorum, cur tam rubent (inquit) pedes vestri? Respondit una rusticarum, quia ignem habemus in calcibus. Iterum ille: Rogo ergo ut accendas mihi hanc meam virgulam, educendo virilia. Cui Rustica rejectis post terga vestibus, clunes ostendens, dixit Age, mi Domine descende & suffla mihi in culinam meam pro excitando igne, qui mihi jam extinctus est.

Quinam nasi pretiosissimi?

R. Rubicundi quique habent carbunculos.

Nam

Nam iſte color pluris conſtat, quam color veſtis ſcarlatæ.

Scientiæne ſunt inutiles?

R. Ita probatur. 1. Rhetorica eſt ars mentiendi, ex albo facit nigrum, hominem candidę vitæ atramento & meris carbonibus denigrat. Theologia ſuperat Captum noſtrum. Medicina boletos venenatos & artem intoxicandi nos docuit? Ars coquinaria guloſitatem inducit. Homo Hiſtoriographus quidam tradit neſcio in quo libro coquos in cauſa fuiſſe ut dives ille helluo Evangelicus ad inferos deſcenderit. Niſi enim cibos opipare conditos illi appoſuiſſent non ita genio indulſiſſet ſumma ſummarum ſcientia multa incommoda procreat, inducit vigilias, parit catharros, &c. Qualis autem effectus talis cauſa. Ergo conferamus nos omnes ad Abbatem fratrum ignorantiæ, miſſos faciamus alchymiſtas cum ſuo auro imaginario, Philoſophos cum ente rationis, &c. Arrigite aures auditores ſicuti Lepores: hoc enim ſcriptum inveni in vocabulo Reformatorum, quam pravam imaginationem tum perverſis quibuſdam hominibus ademeris, cum crepitum ex aſino mortuo extruſeris.

Recita teſtamentum porci?

R. M. Grunnius Corocotta porcellus tale teſtamentum fecit. Ego infraſcriptus de viſceribus meis dabo ſutoribus ſetas, Rixatoribus capitinas.

capitinas, surdis auriculas, causſidicis & verboſis linguam, Babulatiis inteſtina, Eſiciariis femora, mulieribus lumbulos, pueris veſicam, puellis caudam, Cynædis muſculos, curſoribus & venatoribus talos, latronibus ungulas, muſicis chordas, epulonibus roſtrum, ruſticis merdam, ſueculis mammas nec nominando coquo do lego, piſtillum, quæ mecum detuleram à querceto uſque ad haram. Liget ſibi collum de reſte. Optimi amatores mei vel conſimiles vitæ, rogo vos ut corpori meo ſatisfaciatis, bene condiatis de bonis condimencis, nucleis piperis ac mellis ut nomen meum in ſempiternum nominetur.

Practica vera in multos annos duratura aliena ab omni mendacio.

De Domino huius anni.

Plures & varii futuri ſunt præſentis anni Domini, quilibet ſupra alium ſe extollere ſtudebit, ſcabella ſuper ſcamma aſcendere conabuntur, ancilla ſuper ſervos, vir ſuper fœminam; in Magiſtrum dominabitur ſcholaſticus, felix ſuper mortem præceps ruet.

De anni qualitate?

Aureus numerus hoc anno parvus erit & modicus, apud pauperes multæ futuræ ſunt hoc anno tenebræ, mediæ noctis præſertim tempeſtate, Scarificare & ſanguinem minuere bonum eſt & utile, quoties hominem neceſſitas ad hoc impulerit. vitanda tamen maxime ſanguinis minutio, quæ fit à ruſticis

circa

circa festa Bacchanalia, dum illis farciminibus repleti sunt. In Martio aliisque Temporibus utilia sunt scabiosis balnea & unguenta: frictio quoque illis non erit ingrata, In Iulio ex frigidioribus cellis allata sitientibus sunt jucundissima, In Decembri autem tunicæ jumentorum pellibus subductæ stomacho & toti ventri sunt opportunæ. Imbres hoc anno erunt humidi propter respectum Aquarii propter naturalem & consuetum cursum solis dies longiores æstate quam hyeme. In æstate Lilia & rosæ in copia provenient, sed timenda tunc tonitrua & fulmina. In Autumno folia de arboribus cadent, & flores deflorebunt & marcescent. In vere omnis vis terræ erigitur ad producendos fructus.

De morbis hujus anni?

Corripientur homines diversis infirmitatibus secundum diversas eorum complexiones. ille Laborabit podagra, alter febribus, hic dysenteria, ille lumbagine: omnes autem avari laborabunt chiragra: aliqui autem convalescent, alii morientur, sani melius habebunt, quam infirmi, pariter divites quam pauperes. Tam principes quam populares hoc anno timere habent mortem; principes præsenti anno sibi caveant à gravib. morbis, tum enim sani & bene validi manebunt. Quod si minus fecerint timendum ubi morbus invaluerit quosdam eorum morituros esse. Communis plebs si multum austeri lactis, pruna & similia come-

comederit, formidandum ne ex ejuſmodi eſu ventris profluvium patiantur, ſi aquam biberint ne iis vẽter intumeſcat ac ingrave periculum incidant, præſertim ſi indoctum medicum curatorem ſuſceperint. Ex ceraſorum eſu homines calculoſi efficientur, per podicem enim innumeros calculos ejicient.

De Frugibus.

Triticum, ſiligo, avena, hordeum & quicquid ariſtam habet in rupibus & ſaxis tenuiter creſcent, in ſtercoratis autem bene cultis copia creſcet omnis generis frumentorum. Non tamen ſemper pari vendentur pretio, ſed nunc pluris, nunc minoris. Ita etiam cæteræ res in fortunæ rota modo aſcendent poſtea deſcendent velut ſervus & ancilla. In his futuris annis pretioſius futurum eſt triticũ quam milium & milium acceptius quam lolium. Rapæ, raphani cæpæ, &c. Ad Satietatem in foro reperientur exili pretio. Nemo tamen nimium illis veſcatur: tuſſim enim generant, & crepitum ſupra & infra, oculumque eorum qui hæc comederint, puellæ exhorreſcent.

De Communi plebe.

Calcearii, ſutores pelliones opificeſque reliqui & propolæ multa mentientur, & hæc lucri cauſa facturi ſunt. pecunia inæqualiter inter homines præſenti anno dividetur. Advocati & procuratores invigilent bene ſuis

officiis

officiis & cauſis ſi venari voluerint ſine rete & canibus opifices & plebei niſi laboraverint patientur penuriam victus.

De mulieribus & virginibus.

Mulieres & virgines debilis erunt & brevis memoriæ, ſeu prolixiorum crinium. uxores hoc anno communiter viris ſuis imperitabunt, maritiſque multa (quanquam non omnia de deo) concionabuntur: meretrices vetulæ optimæ erunt amaſiorum internunciæ Conjunctio veneris cum Iove demonſtrat quam plures fæminas prægnantes fore, quæ ante gravidæ non fuerunt & ſi maſculum conceperint parient maſculum, ſi fæmellam, parient fæmellam, quod ſi magna conjunctio fuerit martis & veneris, fient & virgines gravidæ, quoniam ſagittarius in corpus earum aget. multæ fæminæ quærent habitus formas novas atque pleræque delectabuntur choreis, cantibus & inſtrumentis muſicis, nonnullæ nocturnis præliis, omnibus vero gratum erit laudari.

De cantatoribus, amatoribus, fiſtulatoribus, artificibus & pictoribus.

Hi omnes magnam erga mulieres habebunt fortunam, in latere, quo loculus pendet & inter pocula de magnis rebus gloriabuntur, plagam autem S. Vrbani, id eſt, ebrietatem vix cavere poterunt.

De

De populi ſeditionibus.

Poſt kalendas Februarii magna futura eſt populi ſeditio, tunc enim ſtultorum erit infinitus numerus. In Octobri ingens ſanguinis & cruoris erit effuſio, plurimi enim boves, ſues, capellæ & hædi mortui in ſanguine jacebunt.

De quorundam hominum penuria.

Magna erit *ſacerdotum* penuria adeo ut quidam tria quatuorve vel plura habebunt officia Eccleſiaſtica penuria etiam *Nobilium* nam & ruſtici conabuntur eſſe nobiles. Erit præterea penuria in Judæis, quia Chriſtiani uſuram & fœnus exercere ſtudebunt.

De vino & cereviſia.

Vites plurimis in locis vini copiam dabunt. Multis autem vinum erroneam vitam faciet, fœceſque, & ſupra & infra egeret, Magnas item diſcordias & ſeditiones Bacchus excitabit, præterea vinum magnum calorem intus ſed intenſum frigus extra cauſabitur dum vacuam crumenam & veſtes malas & detritas caluaſque faciet, maxime ſi teſſerarum concurſu utatur. Vinum Cretenſe (quod malvaticum vocant) carius erit quam vinum vernaculum, erit etiam melioris ſaporis, hoc ebrioſi teſtabuntur, niſi eorum palatum flava bile infectum fuerit. Ingentes quoque in ſe continebit virtutes; nam mane ſtomachum confortabit, meridie refrigerabit corpus, veſperi

speri sitim extinguet, per totum vero annum refrigerabit, non sæcus ad hebræorum sicha: si uva non bene maturuerit, erit vinum acerbum. Cereviſia erit optima, ſi nimium aquæ infuſum non fuerit.

De mulierum infirmitate.

Menſe majo cum ſanguis in homine renovatur, quaſdam mulieres pruriginibus vexabit, pro remedio viri illas ſearificare debent, quod ſi non profuerit ungendæ ſunt circa lumbos unguento confecto ex cinere incombuſto.

De rebus quibuſdam nocivis.

Res quædam hoc anno, hominibus nocivæ futuræ ſunt ut ſerpentes, viperæ, veſpertiliones, ova putrida. Ne hinc ergo detrimentum accipias non comedes ulla ova ruſticorum abſtinebiſque diligenter ab ovis zephyris *windeyer*, vulgo *eyer ohne ſchalen*

De ventis?

Venti hoc anno inſtar chamæleontis mutabuntur modo enim flabit ab aquilone, modo ab auſtro omnes autem venti dirigentur ſecundum roſtrum galli gallinacei ſuper pinnaculum templi ſtantis.

De quibuſdam futuris effectibus hujus anni

Dies quibuſdam plus æquo breviores videbuntur, ut nox longa, quibus mentitur amica. Mercenarios ſæpe hoc anno capiet laboris tædium utilius erit pecuniam accipere; quam dare qui vinum cereviſiamque non

ſper-

ſpernet. Conjuges tamdiu inter ſe pacem habebunt donec litigare inceperint. Nigræ vaccæ lac album præbebunt.

Breviſſima concio cujuſdam parochi.

Parochus rogatus ab epiſcopo, ut coram ſe ruri ſacram haberet concionem: annuit, at aulici, quorum animus in patinis erat, clam inſuſurrabant in aurem parochi, ne pateretur in longum produci ſermonem, qui benè in præſens quadraret, ſicuti longa farcimina toſta ad ignem, juxta illud vulgare, *Kurtze metten lange bratt Wurſt*, Recte ait, parochus monetis, ego potiſſimum ſtudebo inſervire tempori, Et exorſus dicere: compluſculi; ait, me rogarunt, ut brevibus complecterer ſermonem: accipite igitur vos aulici, hunc ſermonem Chriſti ſervatoris, quo ait, ſe reprobis dicturum. *Ite maledicti.* Quid poteſt dici breviuſ? & ſi quoque vultis in ignem longa toſta farcimina, quandoquidem & illa nobis ſunt in promptu, non negabimus comprehenduntur autem in verbis proxime ſequentibus videlicet, *in ignem æternum.* Præterea ſi quis coquos deſideret, qui piper aſpergant & illi ad manus ſunt *Diaboli & Angeli* ejus.

Quare in piſcibus ſunt ova rotunda in volatilibus oblongæ figuræ?

R. Quia calor movet à centro, & maxime ad figuram pyramidalen, quod patet in flammu-

flammula ignis, quæ tendit in conum, & sic lata sit in basi, & ideo quia Calor fortior est in volatilibus, quam in piscibus, ova volatilia sunt oblonga, piscis rotunda, quia calor debilis dispergitur in gyrum.

Principum quænam prærogativa?

R. Principes dum sunt ebrii, vocantur a familiaribus læti, dum sunt nigri dicuntur fusci, dum sunt stulti dicuntur probi, simplices & innocentes, dum tyranni, vocantur justi.

In Germania cur tanta copia mendicorum vagatur?

R. Quia mendicus mendicum procreat. Non enim parentibus curæ est, ut liberi eorum honesta aliqua arte sese sustentent, sed in eo toti sunt, ut eorum vestigia sequantur, ostiatimque mendicent.

Recita ridiculum cujusdam Parochi, factum?

Quidam parochus cum in facie Ecclesiæ matrimonium contractum confirmare vellet, maritum interrogavit *Chonrade quod est tibi nomen?* Chonradus cum maximo astantium risu, dicis (inquit) vocor. Nomen enim meum tu ipse pronuntiasti.

De Vnoculo.

Quidam unoculus, cum duxisset puellam devirginatam, quam ipse virginem credebat, acerrime ei exprobrabat læsam pudicitiam. Ad quod illa. Cur tibi integra esse deberem

quum tu sis luscus careasque altero oculo? Hoc damnum, inquit vir, ab hostibus atque inimicis accepi. At ego meum ab amicis respondit puella.

Versus leonicus de amore.

Post risum risum, post risum venit in usum.
Post risum tactum, post tactum venit in actum.
Post actum factum, post factum pœnitet actum.

Cur in mundo monstra monstrosiora inveniuntur, Theologus ebrius, vel avarus, Iurisperitus injustus, Medicus valetudinarius, qui seipsum curare non potest?

R. Quia eorum professioni vita omnino non quadrat.

Puella interrogata utrum vellet in anserem mutari an in gallinam, quid dixit?

R. In Gallinam, quia hæ anseribus sunt feliciores, quæ quotidianam venerem norunt, anseres vero vernam duntaxat.

Quænam est differentia inter fures privatos & publicos?

R. Fures privatorum furtorum in nervis atque in compedibus vitam agunt, fures autem publici in auro atque in purpura. Scite Diogenes videns magistratus quendam qui ex ærario phialam furatus fuisset, comprehensum ducentes, *magni* (inquit) *fures parvũ ducũt.*

Pulchra etymologia nominis philippi.

Phi, nota fœtoris, lippus malus omnibus oris.
Phi malus & lippus, totus malus ergo philippus.

Re-

Recita historiam ridiculam cujusdam Itali morituri?

Italus quidam è vita migraturus cum corpus Domini à sacerdote manducandum acciperet, adactus solenni Centurionis dicto; *Domine non sum dignus ut intres.* verba hæc non gravatim reddebat. At cum ventum esset in eum locum, *sub tectum meum* quod Italice suggerebant his verbis *â casa mia.* Ille vehementer reclamabat, *Non à casa mia:* atque id cum semel atque iterum feciſſet, astantibus multum ægre ferentibus, causam rogatus, *Ego inquit, quoad vixi semper in conducta domo habitavi.* Quod verbum omnibus ridendi materiam præbuit.

Mors Mordet, Omnia Rostro suo. ad Viatorem.
Disce mori quicunque legis mea scripta viator.
Omnes æqua manent funera, disce mori.
Disce mori frater, discat cum præsule clerus,
Cum juniore senex, cum sapiente rudis.

Quænam est interpretatio harum Literarum S. P. Q. R.?

R. Quod capitolia tot sensus dicebat ille *Romani* sic exposuerunt *Senatus Populusque Romanus*; alii sic, *salutem populi quære Romani.* Sibyllæ de Deo sic, *Serva populum quem Redemisti.*
Beda ut derideret Gothos; *stultus populus quærit Romam.*
Galli, *Si peu que rien.*

Itali *famoſi Poltroni*, *quæſti Romani.*

Germaniæ proteſtantes, *Sublato Papa quietum regnum.*

Catholici *Salus Papæ*, *quies regni.*

Quare fatui flent ſplendente ſole, & rident quando pluit?

R. Quia poſt ſplendorem ſolis ſequitur pluvia, poſt pluviam autem ſplendor.

Iocus Ciceronis.

Cicero cum à quodam cæna exceptus eſſet, ſatis parca & quotidiana, nam pene ſe nulli negabat, valedicens hoſpiti, tacite ei in aurem ſuſurrabat, *Non putabam me tibi tam familiarem.*

Milites cui ſunt ſimiles.

R. Parochus quidam videns aliquot templum intrantes, abrupto concionis filo ſic illos aggreſſus eſt: vos milites, inquit, ſimiles eſtis Chriſto: ſicut Chriſtus toti mundo exoſus fuit ita etiam vos hominibus exoſi eritis, ſicuti Chriſto multæ fuerunt tenſæ inſidiæ; ſic & vobis inſidiæ tendentur. Chriſtus fuit captus vos etiam capiemini. Chriſtus fuit condemnatus ad mortem, vos etiam condemnabimini? Chriſtus fuit mortuus in cruce, vos etiam moriemini ſub patibulo. Chriſtus rogatu cujuſdam fuit ſepultus, vos etiam ſi qua gratia reſtat, ſepeliemini. Chriſtus Reſurrexit à mortuis, vos etiam à mortuis reſurgetis, Chriſtus aſcen-

dit ad cælos, at vos descendetis ad 100. mille Diabolorum.

Synonyma quænam sunt?

Vnus Nobilis ——— Duo Nequam.
Vnus Magnus ——— Duo parvi.
Vnus albus ——— Duo nigri.
Vnus Carolus ——— Duo Ioannes.
Vnus Astutus ——— Duo simplices.
Vnus sobrius ——— Duo ebriosi.
Vnus Leo ——— Duo Leopardi.
Vnus audax ——— Duo formidolosi.

Pueri cujusdam lepidum dictum?

Cum optio quibusdam hominibus data esset, hic se pontificem maximum alter opimum Canonicum, alter quippiam aliud se velle esse asseverabat. Tum puer loquaculus, qui aderat: "Ego", inquit, "pepo esse vellem." Rogatus quam ob causam, quoniam omnes mihi culum olfacerent. Est enim mos frequens, ut melones empturi, posteriorem olfaciant partem.

Quot sunt genera stultorum?

R. Quatuor, 1. quod tantum minatur quod à nullo timetur, 2. Quod tantum jurat, quod ei nihil creditur, 3. Quod tantum dat, quod nihil retentum, 4. Quod cum non habeat servitorem, sibi servire recusat.

Narra lepidam historiam de duobus sacrificulis?

Sacrificus quidam collectam ex missa pecu-

niam in angulo altaris depoſuit cum hac inſcriptione, *Ecce locum ubi poſuerunt eum.* Alius ſacrificus forte fortuna ſcedulam invenit, ſurreptaque pecunia chartam aliam inanem & complicatam reliquit cum hac inſcriptione: *Surrexit non eſt hic.*

De impari conjugio.

Sponſam juventulam, quæ ſeni marito nupſerat, quidam in Nuptiis, ut mæſtiorem ſolitò conſolatus: Bono animo, inquit, eſto: nam vetulus equus tam longum iter poteſt conficere quam juvenis. *Es trabt ein Schimmel ſo weit, als ein Hengſt.* Huic illa, ductis ex imo pectore ſuſpiriis & manibus ventrem demulcens reſpondet: At non in hac ſemita.

Inſulſum dictum Ruſtici cujuſdam.

Cum cuidam ruſtico in montibus Helvetiorum uxor omneſque liberi peſte obiiſſent: ruſticus indignabundus: Ego ſemper audivi, inquit, quicquid homini charum ſit, aufert ei diabolus.

Duo verſus retrogradi.

Poſco mihi dones ſadai cæli ſator alta.
Alta ſator cæli ſadai dones mihi poſco.
Triſte mihi tollas ſadai præbens rogo læta.
In mendicum qui ſe pro medico geſſerat.
Tu te fers medicum, nos te plus eſſe fatemur.
Vna tibi plus eſt littera quam medicus.
Vtrum qui conſuevit multos cibos accipere, plus ſuſtineat jejunium, quam ſolitus parum comedere?

R. Mul-

Multum comedere solitus melius sustinet jejunium, quia propter præcedentem repletionem habet paululum caloris, & ideo potest plus jejunium sustinere: in alio accidit è converso.

Locus Ciceronis in Vannium, qui paucis diebus consulatum gesserat.

Magnum ostentum (inquit) anno Vannii est, quod illo consule, nec hyems, nec ver nec æstas, nec autumnus fuisset.

Quare avidius vorantes citius satiantur?

R. Quia avide vorantes multum aeris cum cibo inferunt per hiatum ructus, vel crebritatem respirandi, igitur ubi aer vias compleverit, fastidium cibi fit.

De tribus studiosis Theologiæ historia Lepida.

Obsonium delicatum tribus Theologię tyronibus appositum, sed ita pusillum ut una vice devorari potuerit. Pacti sunt igitur inter se, ut qui aliquid huic rei congruum, ex evangelicis literis protulerit, toto vesceretur solus. primus dixit: *Desiderio desideravi hoc obsonium manducare.* Alter ait: *Domum quampiam ingressi, comedite, quæ apponuntur vobis.* Tertius direpto obsonio & una vice devorato, in toto, Evangelio, inquit, non occurrit huic rei aptius verbum, quam extremum illud. quo usus est Dominus, videlicet, *Consummatum est.*

Raphani marini vires.

R. Raphanus marinus stomachum calefa-

cia, eruditates absumit, calculum pellit, omnis generis obstructiones aperit, oculorum vero aciem lædit, & hebetat; ut recte Ovidius.

Nil prodest, quod non lædere possit idem.
An senes possint rejuvenescere?

Tradunt de aquila naturalium rerum scriptores, eam quolibet decennio juventutem renovare, serpentes vero etiam quolibet anno. Sed pennarum ista acuta, non corporis mutatio. Aquila enim cum alis ad volatum haud amplius aptis se impediri sentit, concitato cursu in sublime fertur, ideoque ad frigidissimas aquas conversa, ter iis immergitur, posteaquam in nidum evolans, alis pullorum tecta, in sudorem resolvitur veteribusque plumis exutis novas recipit, unde senectutem ipsam exuere creditur, nihil interim minus, quam mutationem in corpore passa, Serpentes vero cum calorem habeant admodum debilem, & cutem hyberno tempore constrictam, ac fuliginibus exhalare cupientibus exitum intercludentem, ideo quicquid fuliginosi humoris hyeme est congestum in ipsam cutem colligitur, quam siccioremque redditam à subjecta pelle, nullo corporis malo detrahunt, ut mobiliores evadant. Quod si est rejuvenescere, quid obstat, quo modo & Homini cui excisi sunt dentes renascuntur, & post scabiem exsiccatam nova cutis efflorescit, juvenescere dici possit.

Lepidum

Lepidum dictum Augusti Cæsaris.

Augustus Cæsar cum audiret inter pueros, quos Herodes rex infra biennium jussit interfici, filium quoque ejus occisum; ait *melius est Herodis porcum esse, quam ejus filium.*

Vivere nostrum quid?

Ita comparatum est, ut tum primum nos mori arbitremur, cum extremum ducimus spiritum, quod si animadvertamus, nos singulis diebus & horis ac momentis mori comperiemus, mortem seu inusitatum quid animo concipimus, cum nihil æque familiare nobis circumferamus. Haud aliud est vita nostra quam mors continua. Tandundem vitæ decedit, quantum accedit. Qui triens ætatis suæ transegit, tantundem sui parte mortuus est: qui semissem, semimortuus: præteriti nostri temporis portio mortua est, præsens vivit simulque moritur, futura similiter morti mancipabitur. Nemo est qui non est morti propinquior post annum, quam ante annum fuit, & cras quam hodie, & hodie quam heri, quicquid temporis vivitur de spatio vivendi demitur.

Iocus Ciceronis.

Cicero cum venisset ad Pompejum dicentibus aliis tarde eum venisse, *non* inquit *sero veni, quia nihil paratum invenio.*

Nigredo Æthiopum unde?

Multis persuasum est, Æthiopes propte-

rea esse nigros quia calidissimam regionem inhabitant. Sed obstat. 1. Quod filii Æthiopum etiam in frigidissimis regionibus nascantur nigri etiam si calorem patriæ nunquam sint experti. 2. Quod in calidissimis regionibus, etiam sint homines non nigri, sed vel Europeorum instat candidi aut fusci. 3. Quod Hispani in Æthiopia degentes, non gignerent Liberos alterius coloris, quam in Europa. Causa i gitur duplex esse videtur. 1. à regionis æstu. 2. occulta feminis proprietate, qua fit ut è nigris nigri, è candidis candidi generentur.

Iucunda historia de Rege Franciæ.

Rex Franciæ Philippus clericos quosdam paüperes ad cænam invitaverat, at unus illorum in fine mensæ caponem abstulit. Illum Rex animi gratiâ semotis arbitris interrogat quam scientiam profiterentur, Theologiam inquit: tum Rex! Nonne legisti in S. I. Nolite esse solliciti de cibo. Imo respondit & ego volui deponere omnem sollicitudinem & certus esse, ideo caponem mecum sumere volui.

Crepitus ventris excusatus.

Emiserat quidam ingentem ventris crepitum in densa hominum turba: Objurgatus ob hanc rem ab amico, per Iovem, inquit, meus podex jam dudum loqui desiderat, sed nihil illi deest, præter linguam tuam.

De

De Puella Strubingenſi.

Erat Puella delicata & præpetulans Straubingenſi Cauponi cuipiam: hanc laſcivus Sacerdos amabat. Forte miles ex Vngaria rediens apud Cauponem divertebatur qui & ipſe Cauponis filiam perdite amare incipiebat, ſed ab ea repulſus aliquoties, cepit tandem obſervare, quem amaret: viditque colloquentem in templo cum ſacerdote. Quadam nocte, cum hoſpites cœnam diutius protraherent, & puella ſæpius ad ingreſſum domus deſcenderet miles ſubſecutus ſeſe occultavit ſub gradibus. Intromiſſus ibi Sacerdos & à puella in balneolum deductus atque ibi moras trahere juſſus fuit, dum hoſpites irent cubitum. Pollicetur meretricula ſe mox redituram, atque inde in ſuum cubile ſecum abducturam. Miles his auditis, ut primum aſcendit in ſuperiorem domum puella, ſtatim magno cum impetu in balneolum irrumpit. Patrem ſe filiæ eſſe ſimulat, verberibus mulctat Sacerdotem eique veſtem detrahit, & extra domum proturbat: ſe verò in balneolum confert, & deſertam à Sacerdote ſtationem occupat. Iam ubi hoſpites cubitum iviſſent, celeriter redit ergo, & apprehenſum toga ſacerdotali militem pro Sacerdote ſecum in lectulum ſuum per tenebras abducit. Nocte intempeſta ad oſtium revertitur exturbatus Sacerdos, & feneſtram cubiculi, in quo meretricula cum milite cubabat, longurio pulſat. Illa rata militem eſſe

istum pulsatorem, monet suum amatorem ut hominem lotio perfundat: Hic inquit, miles est qui has nobis facit molestias. Quæso te mi Domine, hac urinâ madefactum ab ostio remove. Paret miles & sacerdotem undique conspergit. Ille tristis recedit, & iratus meretriculæ. At miles antelucano tempore à meretricula discedit, quasi ad preces matutinas in templum iturus. Progressus à caupona, ubi sacerdotale pallium reliquerat, abit in templum sequitur paulò post meretrix, ut Sacerdotem quæreret, & de causa derelictæ vestis eum rogaret. Verùm ubi Sacerdos illam conspexit, iratus exprobrat illi suam exclusionem, & acceptam nocte contumeliam. Dolo militis cognito, veniam puella impetrat, Sacerdos noctu recipitur, miles auro corrumpitur, ut rem istam alto silentio teneat.

Diogenes Cynicus domum epulonis cujusdam videns inscriptam pretio venalem quid dixit?

R. Sciebam aliquando fore ut diuturna crapula Dominum evomeres.

Cur sternutantes salutantur?

R. Romæ aliquando pestis inguinaria fuit tam sæva, ut homines in via, in mensa, in ludis, in colloquiis subito morerentur. Itaque cum quis sternutabat sæpe cum sternutatione spiritum exhalabat, unde, cum aliquem sternutantem quis audiebat, statim accurrens

Deus

Deus te adjuvet, acclamabat. Et abhinc adhuc consuetudo servatur, vt cum aliquem sternutantem audivimus, Deus te adjuvet, acclamemus.

Senes cur suspicioſi.

R. Quia increduli, increduli quia experti, hoc est, quia compertum habent, quanta sit hominum perversitas non facile credunt, sed suspicantur.

Cibus Rusticorum qualis?

R. Panis ater, caseus, pisa, lentes, olera, carnes bubulæ & vaccinæ, vetustissima cæpa & allium.

Ebrietas varia.

Ebrietas est varia, pro ejus natura qui bibit, & pro vini conditione in facultate, colore, consistentia & sapore, si quis enim cute perspirabili, utatur tenui vino, quod non aspirando est nervis molestum, is non facile ebrius fiet, aut si fiat, facile evanescet ebrietas: Si quis vero non sit perspirabili cute, ut mulier se liberalius vino invitat, ut non facile ebria fiat, diutissime tamen durat illa ebrietas: cerebrum enim in his frigidum, & humidum una cum ventriculo, hinc inopia caloris nativi, unde non facile dissipantur vapores è vino elati.

Homo quâ in re maxime indiget.

R. Eâ, qua medici recusando accipiunt, & recusant accipiendo; quia dicendo *nolo* accipiunt,

cipiunt pecunias, ita auferunt apoſtemata veſtrorum manupiorum eorumque interea plane examinant & purgant. Iocoſe & eleganter Belgæ, *Rapen is een ſoo goede cruyt, alle man is om rapen uyt.*

Quando Lupus fuit manſuetus?

Reſpondit quidam ſtudioſus macilentus quadrageſimalis ex Hungaria oriundus: *Lupus fuit manſuetus dum eſſet in arca Noe*, Tunc enim ſe captum videns vix obliquis oculis ovem intueri audebat. Recte aliquando etiam olitor eſt opportuna loquutus.

Quinam ſunt ſtulto ſtultiores?

R. Aucupes & venatores: hi enim mane ſurgunt nulla tempeſtatis habita ratione, per æſtus per frigora, incertæ exiguæ prædæ ſpe ſub dio vagantur hyberno maxime tempore, quando feris anatibus inſidiæ ſtruuntur. Iam canes ſecum ducunt, jam accipitrem manu ferunt, jam retibus, amitibus aliiſque decipulis ad ficedulas, perdices, coturnices, alaudas, &c. capiendas accommodatis, onuſti incedunt: tum retia operoſe explicant, falconis vel accipitris volatum obſervant, redeuntem anxie exſpectant, ac ſæpe media hyeme, per flumina per nives totum diem ſequuntur, non ſine valetudinis diſcidio: completo die vix vnam, aut alteram aviculam, domum reportant. Quod ſi ineat rationem ejus quod in falcones, canes, retia aliaque inſtrumenta impen-

impenderit, videbit sine perspicillis se cum tione insanire.

Anhelitus felium veneficium.

Pravus est anhelitus felium, novi enim quosdam, qui cum noctu in lectis feles secum habuissent, & inlectum ab eis aerem inspirassent, hectica febri tandem consumpti perierunt. Nec ita pridem in monasterio quodam, ubi permulti catti familiari er nutriebantur & in cænaculis cubilibusque, & lectis frequenter erant, adeo plerique infecti sunt, ut intra breve tempus, nec missa nec vespera eo in monasterio decantarent. Ex his intelligere est, quam minime fabulosum sit, quod vulgus dictitat, feles infantibus esse exitiales: ipsorum enim ori toto corpore incumbentes, fuliginis exitum & thoracis motu intercipiunt, ac pestifera quando se demittunt, aura, & exhalatione tenellorum infantium spiritus inficiunt & præfocant.

Cum mulieribus infæcundis quid agendum?

R. Mitte illas ad Thermas Badenses & res erit in vado: de his enim thermis ita Poggius Florentinus Leonardi Aretino scribit: Nulla (inquit) in orbe terrarum balnea ad fecunditatem mulierum magis accommodata esse: innumerabilem multitudinem nobilium & ignobilium, ducenta millia passuum eo venire non tam valetudinis quam voluptatis causa.

Qm-

Omnes amatores omnes procos, quibus in delitiis vita est posita, eo concurrere ut fruantur rebus concupitis, multas fæminas corporum simulare ægritudines cum animo laborent, omnibus unam mentem esse tristitiam fugare, quærere hilaritatem, Non de communi dividundo agere, sed de communicando divisa. Has ipsas thermas. *Augusti. Busbeq. epist. 3. fol.* 138. conciliatrices amorum vocat. quod si siniſtro quodam fato balnea ista nihil proderunt uxores, ad Academias mitti possunt, ubi omnium facultatum studiosi facile rimabuntur sterilitatis causas: norunt enim plerunque morbos mulierum, præsertim studiosi medicinæ, quibus pro viva Anatomia esse possunt, façilique Labore sterilitatem abigent, fæcunditatemque provocabunt.

Præscribe mihi aureum dogma.

R. Quæ supra nos nihil ad nos. Itaque auriga loquatur de curru, sutor de crepidis, nauta de ventis, faber lignarius de securi, coquus de jure, carne assa, elixa, frixa, de brassica & de omnibus ad culinam pertinentibus.

Vbi visuntur quamplurimi cornuti.

B. Nullibi magis quam in Italia & in primis Venetiis: ubi enim mercatores ultra annum peregre profecti, inferiorem corporis partem, instrumento quodam ex ferro & chalybe confecto, & Gossypio artificiose refecto circum-

circumdant & obseratam relinquunt, sed quam vanum hoc sit, palam est.

Mus miser est antro, qui saltem clauditur uno.

Sic wissem mehr locher als eines invitam namque, custodire æque difficile est, quam in ferventi sole gregem observasse. Et licet eas custodieris, non secus ac pater Acrisius suam Danaen.

Quam turris ahenea Robustæ-
Que fores, & vigilium canum
Excubiæ muniebant. Horat.
lib. 2. od. 16.

Imo *Wann jhr sie an die seiten henget, Wie ein Fuhrmans tasch*, consilium tamen invenient, quo vos eludant, certius namque est, si nullis repagulis clauderentur, fortassis fideliores essent, sed si Argum apponas, aut Atlantem custodem constituas, erumpet tamen & evadet maneat potius quilibet domi, ne longæ ipsius exspectationis pertæsa, uti Clytemnestra cum servis, qui tenentur operas Domini præstare, se commisceat, *shan wenn jhnen dasz fleisch hebt an zujücken, uehmen sie was da ist*, & secundum Bechmannum.

Non herbis hic fit rigidis quos educat hortus Carne opus est illis si salutare velis.

Hinc etiam Dejanira anxie conqueritur, quod ob crebram mariti absentiam, ex voluptate destituatur, qua aliæ mulieres solerent

me oblectari, qua ratione & viduam se nominat.

Vir mihi semper abest, & conjuge notior hospes.
Monstraque terribiles persequiturque feras.
Ipsa domo vidua, votis operosa pudicis.
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.

Certè, quo sæpius mariti proficiscuntur, eo sæpius uxores eorum obliviscuntur, unde Helena Menelai uxor de marito absente conqueritur. —— *prorsus ne sola jaceret.*
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.

Scitum Demadis dictum.

Cum Athenienses vellent Alexandro divinos honores impendere, dixit Demades, *videte* (inquit) *necum cælum custoditis, terram amittatis.*

Est ne ducenda Aulica.

R. Nullo modo, caveat sibi qui libet ne ducat talem, *Den sie flegen gemeigniglich mit zerbrochnen geschirren zu jubiliren.* Moneo harum sectatores, ne semper amabiles sperent nescii auræ fallacis, nec nimium illis fidant, sed mucronem alio vertant.

Nam aulicæ, ancillæ thermis & balneis inservientes, meretrices & nutrices sub eodem militant vexillo, juxta illud.

Hoff? Magdi Bad-Mâgd, huren und Ammen.
Gehoren zusammen in einem stammen.

Tot enim & tam multi Equites, & Domicelli

celli virginum clauſtris & theſauris latronum more inſidiantur, *Wie jederman an jhnen zu Ritter werden*, partim Lenociniis verborum, amorem extorquent, & cum puellulis iſtis (*Non ſit, quæ lanas molliat apta manus.*)

His ſaltem de rebus colloquuntur quæ ad amorem faciunt tantos obſcænos ſermones proferunt, quibus ipſum plutonem ex infernis producere poſſet, *Da ſparet man beiderſeyts der Ehren, und behilfft ſich alleweil des* Scādirēs. Ibi prudens & ætate confecta Gynæcei magiſtra (à Iove principium) à quot olim procis ſit adamata narrat, quibus mulieribus dignata, quibus blanditiis ambita. Hæc enarrat, quot gemmas, quot monilia, quod catenulas extorſerit, quot ſtrophiola, quot baſia illa Reddiderit. Alia commemorat ſingulari quodam dicendi lepore, quoties nuper cum hoc vel illo collocuta fuerit, ô inquit quæ dixit eorum recordabor quo ad victurus ſim! Tanta pietate præditus eſt, adeo ſi cum eo dormiam, nihil incommodi mihi illaturus eſt; altera illius ſermonem interrumpit & de Comædiis tragædiiſque incipit quiſque melius ſuam perſonam expreſſerit, facete dijudicat. Tandem diſceſſa gynæcei magiſtra Pamphilus adeſt, qui glycerium ſuam benem abſolvit: Hiſce ſermonibus tempus terunt, & quæcunque dicunt, ſe cum aliarum admiratione dicere putant, ſi recte conſiderabis internum non externum Aulicarum habitum

inve-

invenietis ſub formoſis iſtis pellibus turpiſſima monſtra latitare: memores enim aulicarum delitiarum earum non obliviſcuntur, & qua, ut verum fateamur, fidelitate & integritate maritis puram virginitatem afferunt, notum eſt, ubi ſperant ſe in Angliam profecturos in Hollandiam pelluntur. O quanto dolore miſer maritus afficitur; quoties cogitur legere *Mathiam de afflictis*, dum ille legit *Ioannem in extravagantibus*; ferenda omnia, diſſimulandæ hanreitates, & patiendi factus. Quod ſi maritus extravagationes prohibere velit incipit illa ſtomachari & rixari *Wirft mit Schelmen und Dieven umb ſich, ſonderlich wenn ſie. Margaretha heiſt derer ſieneb den Teuffel die hollen zu eng machen. Margarides ſeptem ſpoliaſſe feruntur Avernum.* Interdum, cum amatoribus paciſcuntur, ut maritum bene contuſum & communibus impenſis delumbatum remittant, quod injuriam ſibi factam vlciſcantur & vindicent, eos adamare occipiunt, quos antea nihil pendebant.

Vnde *Ovid. lib. 2. de arte amandi non* immerito de ira fœminarum ait.

Sed neque fulvus Aper media tam ſævus in ira eſt.
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes.

Femina quam, &c.

Cur canes ſublato altero pede poſteriori minguni?

R. Ne

R. Ne ſibi urina calceamenta contaminent.

Hiſtoria jucunda de quodam Italo.

Italus quidam opulentus, cum ſtipem opimam mendico erogaret, mendicus illi gratias egit, multaque fauſta homini precabatur, atque inter cætera optabat, ut angeli animam ejus in paradiſum veherent: dives averſatus hoc votum, reſpondit *piu ſero che puo eſſer*, id eſt, ſerius quam fieri poteſt: divitias ſuas cognitas, cæleſtibus ignotis & adhuc ſperandis præferens.

An alterius uxoris cuſtodiendæ abſente marito cauſa non ſolum de die ſed etiam de nocte adeſſe cogitur?

R. Negat id *Nov.* 134. *Sap.* 9. Verum nos contrarium aſſerimus, valde enim periculoſum ſolum dormire præſertim ſexui fæmineo, propter lemures, ſpectra nocturna, incubos à quibus valde infeſtantur, qui timidum muliercularum animum facile conſternare poſſunt, ſic ex nimia ſolitudine oritur melancholia, quæ difficulter curari poteſt, ergo eam ut proprium corpus defendere tenetur. Multæ fæminæ inveniuntur, quibus talis conſuetudo innata eſt, ut ne unam noctem ſolæ dormire poſſint, nec illud ullo modo evelli & eradicari poteſt, qui vero id fiat nos latet, ſiquidem non omnium rerum ratio reddi poteſt, præter quod dicimus, tantum conſuetudinem iis eſſe alteram naturam, & propterea.

Na-

Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Circa hoc tamen estote providi ut hanreizetis in occulto, ne habeatis mercedem vestram in propatulo, vitam enim qui in amoribus habet, os habeat obseratum oportet, *Gu. Horol. prin. l. 2. c. 12. Mann muß schweigen wenn einem Barmhertzigheit widerfahren iß.* Facile enim contingere posset, ut te repudiato alter admittatur.

Jocus de quodam Helvetio.

Helvetius quidam in alpibus pascendi pecorum curâ detentus, quod rarissime in templa Deorum veniret, semel instigatus à vicinis suis in hebdomada magna, quam & sanctam vocant, matutinis interfuit. Et cum solito more extinctis luminibus tumultus fingeretur, quem Iudæi concitasse creduntur in captione Christi, ille extracto gladio, in angulo fani stetit summo timore perculsus: cumque lumina rursus accenderentur, vicinum suum acclamans, quæsivit anne vulneratus esset? Et interea vidit Sacerdotes imaginem crucifixi portantes; & quoniam non novit imaginem, dixit: Ego benè cogitavi tantum tumultum non finitum iri sine homicidio.

Historia de Rege Philippo.

Regi summo Philippo obviam factus mendicus petiit largam eleemosynam quia frater ejus esset, quæsivit rex ex qua parte, de Adam inquit: rex jussit ei dari nummulum

lum. Et cum hic diceret, hoc non est donum regis fratris, respondit rex; si omnibus fratribus tantum darem, nihil penitus retinerem.

Quæritur: an quis cum sponsa nondum ad maritum deducta honestatem committere dicatur.

R. Quidam negant: Nos affirmamus *arg. l.* 13. 83. *ff. ad l. Iul. de Adulte.* & verbum; plectitur, ut facit l. 1. *de v.* 5. Concedimus quidem, quod uxor Domini non sit ut est textus *l.* 12. *ff. de ritu Nupt.* uxor tantum esse intelligitur in his, quæ ad ejus honestatem pertinent, & non nuptiæ duntaxat verum etiam spes nuptiarum violari non debet, & quamvis carnaliter non cognoverit, *Ist noch nicht mit der ledern seil drüber gewesen*, tamen ipsius uxor est & sponsus æque ac maritus subjectum patiens & bonus vir diceretur. Et quis ignorat cingendum haberi pro cincto, moribundum pro mortuo, condemnandum pro condemnato, sponsam copulandam pro copulata, repudiandam pro repudiata, *Gad. de v.* 5. *ad* 5. 12. *nu.* 15. Alii distinguunt inter sponsalia de futuro & de præsenti, ut faciunt canonistæ in *c. pen. x. de spons.* quam tamen distinctionem usus fori hodierni non observat, ut notat *Treut. de nupt lh.* ,.

Jocus Diogenis in Aristhenem.

Diogenes ita in Aristhenem magnum jocabatur; ipse me pauperem fecit ex divite,

&

& pro ampla domo fecit in dolio habitare.

Pæna Hanreitatis quænam?

R. Licet apud multas gentes gravis pæna constituta erat Hanrificis, tamen Germanos unam pænam illis constituisse nullibi invenio. Apud Ægyptios illis virilia exsecabantur, alibi naribus amputabantur *Diodor. Sicul. liu. 2. bibl, cap. 3. Epigr.* Apud alios pilorum evulsione puniebantur pæna quidem ridiculosa, sed tamen ignominiosa. Apud antiquos germanos mos fuit, ut rebellionis seu conspirationis in Imperatorem Rom. rei, canem imperii, ignominiose in dorso gestarent. *Spang. in Chron.* Interesset Reipub. ut singulis diebus festis spectante universo populo duo cornua cervina capite gestaret Cornutus.

Mulieres & virgines qui illibatas conservare velint quid faciendum?

R. Diligenter sibi caveant ab illis, quos vulgus vocat studiosos sive studentes, adeo enim rapax est hoc genus hominum, & ita saluti mulierum pariter ac virginum insidiantur, ut fidem omnem exsuperet, circumeunt eas ut rugientes leones, occasionemque quærunt qua mulieribus & virginibus impune possint imponere, tam humaniter tam amice se gerunt, ut putares esse parvos angelos, cum revera sint meri Diaboli; in pellibus ovinis ad vos veniunt, intrinsecus vero sunt lupi rapaces, *Sie zebrechen den hasen, und lassen*

ſen euch die Scherben auſz lecken, Sæpe ad templa non quidem orandi gratia veniunt ſed ut uxores veſtras filiaſque, quæ in uno tertio cum illis conveniunt, ſpectent & videant, nutibuſque vel geſticulationibus amorem ſuum illis patefaciant. Et ſi caveæ illas incluſeris, ut Tamerlanus rex Scytarum Bajazetem regem Turcarum *Munſt. ſol. l. 4.* vix ab harum harpyarum incurſu eſſent ſecuræ. Quilibet igitur hunc verſum in frontiſpicium domus ſuæ ſcribat:

Wer ſein hauſz wil alten keuſch und rein,
Laſz kein Studenten und Huren hin ein.

Didicerunt enim ex Terentio ſtudioſi, *Quod non ſit vitium adoleſcentem ſcortari.* Quãdo ergo ex accidenti videtis illos domum veſtram introeuntes, ſcitote quod non orent pater noſter. *Bald. in l. natal. ff. de probat.* Nam Veneri ſtudioſos eſſe deditos ex eo patet, etiamſi in domum conductam meretricem ducant, non tamen poſſint inde expelli, cum locator debuiſſet prius conſiderare, quod ſtudioſus non viveret caſtus. *Bald. in l. ædem c. locat.* Deinde cane pejus & angue fugiatis copulatrices, vel conciliatrices *Koplerinnen.* Quod ſi videatis ejuſmodi ſiniſtræ famæ mulieres domos veſtras intrantes, cogitate quod finis inſtet, & quod de noſtro corio jam ludatur, ſolent enim eſſe juvenum Mercurii *Peſt-botten*, Poſtilion, veſtræ famæ inſidiatrices, & quantum poſſunt, alias reddere

sibisimiles satagunt. Interdum etiam soli citantur à propriis sororibus & ancillis ad exercendam erga bonos maritos infidelitatem. expellite itaque illas, vobisque & uxoribus vestris consulite, ne post hac cum Euripide dicere cogamini: malarum fœminarum introitus me *perdiderunt, quæ mihi loquentes hos persuaserunt sermones.*

Abstrahite etiam uxores filiasque vestras ab illis hominibus qui inversi spurci, *Die schandieren, oder mit der Säwen zu Marckt gehen.* Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. unde Romulus legibus cavit, ut quicunque, in præsentia mulierum usus fuisset sermone lascivo, non secus ac homicida puniretur, & etiamnum die judice nostro, L. 15. §. 16. 17. 18. 25. *ff. de injur.* Huc refer quoque cantiones obscænas. Item picturas, quid illæ efficere possint, Terentianus ille Chrea satis innuit *Ter. in Eunuch. Act. 3. Sce. 5.* *Et Propert. 2. Eleg.* Hanreitatis originem obscœnis picturis attribuit, quandoque has intuentes in libidinis cogitationes ruant.

Quæ manus obscenas depinxit prima tabellas.
Et posuit casta turpia visa domo.
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.
Nequitiæque suæ noluit esse rudes.

Hinc merito Aristoteles publicam pœnam stabilivit pictoribus, qui talia proponunt quibus libido inflammatur, & Hanreitas propagatur.

Con-

Convivia, quoque, & ſpectacula publica, qualia ſunt. *Abendantz, hochzelien.* Comedien, &c. Quodam modo Hanreitatem dilatare ſolent, *arg. l. 2. c. de Repub.* Hoc cum ſuo dedecore expertus Imperator Aurelius, cujus uxor Fauſtina invito marito ſpectaculis quotidie intererat, teſte *Guevara Horol. princ.* Hanc ne Imperator offenderet Amaſios ipſius ad ſumma officia, promovit. Huc reſpexit Ovidius Veneris ille trium vir.

——— *Ludi quoque ſemina præbent*
Nequitiæ.

Sublatis namque ſpectaculis choreæ incipiuntur, *Da muſz der pucklichte harffen peter au ſeyn.* Hic cum illis libere loqui licet, palpitare, oſcula baſia & ſuavia figere, mordicus detractis caligis & nudato capite delambere, hic divaricatis tibiis artificioſe bibitur *Arſch kerbenbier* ex bona charitate in fraternitatem & ſororitatem. Hic inſertarum eſſe ſolemus manuum. *Hirgibſt blindegriff*, interdum etiam *zuchtigen Ehrengriff*, eaſque ſurſum verſum in ones angulos inſerere & immittere in more habemus, & frequenter tāquam oves erramus, præſertim ſi lumina intercidāt ad latebras, ubi liberiuſcule omnia ſine periculo peragi poſſunt, confugimus, ubi *ut Virgil. lib. 1. Ænid.*

——— *Cythara crinitus Iopas.*
Perſonat humana, docuit quæ maximus Atlas.

Quod ſi non ſaltatur vel bibitur etiam præſente marito ſicca & inani tuſſicula *Ehum*

Thum, oculorum nictu, sculpturitione, pedum compressione & tactu manuum, quæ solet esse fallax, propinatione poculi, furtiva oculorum luxuriantium mollitie, vel aliis indiciis affectum suum declarant (videatur hic, *Eleg. 4. amor lib. 1.* ad quam omnes amando utpote hisce temporibus admodum utilem & necessariam.) Interdum maritus ab Amatore inebriatur ut neque oculus neque pes suo officio fungi possit, domum deducitur quem vxor ne forsitan cadat, comitari vult, attamen precibus emollita manet, benedictionemque exspectat, quæ si commode ob præsentiam aliorum impertiri non potest, ad ædes Lotricum & nutricum (*Bey denen die Ehre gemeiniglich auff holtseren Stelisen gehet*) se conferunt, ubi actio de communi dividundo intenditur per quam corporaliter fit rerum divisio *L. 2. b. 1.* Cui adhæret actio de in rem verso. Nonnunquam tubicinibus præeuntibus, uxor ab Amatore domum deducitur, vix crapulam concoxit, surgit de lecto maritus, & uxorem excipit, affert bellaria, poma, pira, nuces.

Castaneæ molles & pressi copia lactis.

Ficus, mala punica, persica, cerasa, sacrum panem S. Marci confectum, seu, vt ille vocat, defectum (quæ tantum differunt u causa & effectus) omnis generis Caseum, & si illibenter uxor videat, quia.

Abbre

Abbreviat ſocium quem diligit illa.

Tamen ne amorem ſuum prodat, clanculum ipſius eſum ipſi deſuadet, vel etiam aperte, quod nimium officiat valetudini, propter difficilem concoctionem, *ſeu zu acht ungeſund*, Euge bone cornute, ita ſunt excipiendi hoſpites, ita tui rivales affer vinum, infunde, ſalta, & talem te gere, qualem voluat.

Tandem cum tempus diſcedendi videtur; hoſpes, hoſpitem ad poſticum comitatur, ut maneat rogat, ſatis adhuc ſupereſſe temporis, ille ſe excuſat, alio tempore reverſurum ſe ait. Hoc facto illius domus arctius obſidetur quam olim Carthago à Scipionibus, tum circumambulant rivales, unius ejuſdemque rei conſortes, feneſtras inſpectant, parietes tranſcendunt, ad fores excubant, per tranſennam ſolicitant, tegulas deiiciunt, angulos obſident, dicteria ſcribunt, conficiunt cantiones amatorias, cithara pulſant *heckerling und haber ſtroh*, cantionem gratiani, & alias innumeras aſtutias excogitant, quæ omnia in pulchritudinem tuæ uxoris tanquam ſcopum diriguntur, ad tui vero redundant opprobrium & dedecus. quod ſi parum majeſtatem tueri conatur maritus, *Fahrt ſie auff als einfurez im bad*, quam me putas, ego credo te me meretricem eſſe exiſtimare, amicis & cognatis meis iſta dicam, ſi aliquid in animo haberem, te revera ſpectatorem non apponerem, &c. Quid vero ille, ſeipſum & horam nativitatis incuſat, hoſpiti

nuper ſuo uxorique; omnia dira precata interim tamen nutrivit murem in pera, ſerpentem in gremio & ignem in ſinu.

De puella quadam.

Quidam minatus eſt puellæ, ſe ad eam noctu clam venturum, illa ſub interminatione mortis prohibuit: quia cultrum ſub lecto ſe collocaturam, quo eum interimat, teſtatur. Ille verò noctu veniens, invenit eam jacentem, quæ altum ſomnium finxerat: unde callidè ſe ſimulaverat exiturum. Cui exeunti, puella evigilanti ſimilis, dixit; Mane: quia non habeo cultellum.

Factum cujuſdam Francigenæ.

Quidam Francigena (ut eſt genus hominum fallax & verſutum) in civitate Ticino à quodam cive centum aureos mutuo accepit, opgignorando ei aureum torquem: atque illius uxorem accedens, dixit: Hos accipe centum, atque unam noctem voluntati meæ obſequaris. Mulier prædæ dulcedine capta (cùm ſit nummus optimum expugnandæ pudicitiæ inſtrumentum) conſenſit. Francus poſtridie expletâ libidine virum acceſſit, ſuum torquem exegit, quoniam aureos omnes uxori illius reddiderit, quæ conventa non potuit negare, fruſtraque Franco fuit obſequioſa.

De eo qui uxorem in flumine peremptam quærebat.

Alter uxorem, quæ in flumine perierat, quæ-

quærens, adversus aquam proficiscebatur. Tum quidam admiratus, cùm deorsum secundum aquæ cursum illam quæri admoneret, nequaquam hoc modo reperiretur, inquit: Ita enim dum vixit difficilis ac morosa fuit, reliquorumque moribus contraria, ut nunquam nisi contrario & adverso flumine, etiam post mortem ambulet.

Medicina ad tollendos fætores anhelitus provenientes à cibis quibusdam.

Sectile ne tetros porrum tibi spiret odores.
Protinus à porro fac mihi cæpe vores.
Denuo fætorem si vis depellere cæpæ
Hoc facile efficient allia mansa tibi.
Spiritus at si post etiam gravis allia restat
Aut nihil, aut tantum pellere merda potest.

Quinam sunt nimium audaces?

R. Qui lupum in Ianvario non timent, rusticum in carnisprivio & sacerdotem in jejunio quando confitendum est.

Vir bonus à quibus libris uxorem arcere debet?

R. A Lectione Amadisæi, Ovidii de arte amandi, Euriali & Lucretiæ, à *Darten* societatis, equitis ponti, Galmi, Baptistæ de campo fragoso, præsertim vero fugiant Ioannis Bocatii librum, quem Cento Novellarum inscripsit. Hic enim magno interstitio cæteris post se relictis æternum nomen sibi comparavit: hoc enim lecto & Theoriæ fundamentis feliciter jactis, quam felicissime praxim exer-

te possunt, nihil enim aliud sunt quam callidissima Hanrificorum stratagemata & strophæ, & nulla nuquam fœmina fuit, quæ non ejusmodi lectionibus, & historiis ad furorem adacta fuerit, quia in illis miscetur utile dulci.

Cur posteriora hominis tam turpem habent fœtorem.

Respondent quidam, quia obstetrix neglexit eam partem, nec satis abluit. Alii autem huic sententiæ plurimum refragantur: nam aër illius regionis ita pestilens & fœtidus est, qui eum locum occupavit, & ventus qui perflat, non locus ipse.

Cujusdam terribile factum.

Quidam faber ahenarius Basileæ suspensus erat, & alius nescius rei cùm ad forum Basilienſe, intempesta nocte maturaret, & nimiâ festinatione clausas adhuc portas suspicaretur, cepit sub arbore, non procul à patibulo quietem. Non autem multo pòst tempore venerunt alii, & ipsi ad forum properantes: qui patibulum intuentes atque suspensum cognoscentes, illum inclamaverunt, si vellet, ut secum ad forum iret. Quibus verbis ille excitatus (quem dixi, primum quietem cepisse sub arbore) acclamabat. Expectate, ô boni socii, ego veniam. Vnde illi mortuum loqui existimantes, adeò extimuerunt, ut celerrimâ fugâ pœnè exanimarentur. Ille verò semper sequutus; Manete, inquit, rogo, ego vobiscum ibo,

&

& quantò plus clamavit sequutusque est, tantò magis illi festinârunt : adeò ut semianimes tandem ante portas urbis reperirentur, atque non nisi longo demum tempore sanitatem pristinam ex longa consternatione receperunt.

De quodam suspenso, qui ante mortem tumulum sibi construxerat.

Hunc sibi Belnensis tumulum quem cernis inanem,
Struxerat, invidit cui laqueus tumulum.
Debuerat certe sors si foret omnibus æqua.
Tardius hic fieri, vel prius ille mori.

An possit uxorem repudiare maritus si forsan Amatorem cum ea Ludentem invenit ? quem lusum interpretantur manuum in sinum immissionem (hand schuchmachen *nostrates vocant) aut ad pectus ejus vel ad alium locum, unde turpe esse possit ?*

R. Affirmant quidem *Borch. c. 8. de feud. num. 28. Rosenthal. c. 10. conclus. 54.* & *Thomas Cant.* Oscula quintam viam ad amorem vocat. Nos vero illis cõtradicimus, omnesque prædictos refutamus: requiritur enim ut in ipso actu & in rebus venereis & in ipso facto deprehendantur, seu ut Plautus ait, corpus corpori incubarit. *Act. 4. sce. 4. in Amphit.* velut *Lucian in Eun.* cum reperire habet membra in membris. verum apage illos cum rigido judicio, ablegentur ad Garamantas, Indos, & Æthneos fratres, quibus in ferendis carbonibus, usui esse possunt.

Quinam optime Viros fallunt?

R. Vxores hospitum, *Gastgeberin*: Hæ enim ex tam variis peregrinantibus unum atque alterum admittunt? habent enim neminem quem timeant, quia in uno loco diu moratur.

Quæritur num id facere conveniat.

R. Rationem dubitandi movent Politici quia peregrini officium nihil præter quod sui muneris est agere, nihil de alio inquirere, minimeque in alterius messem falcem immittere. Est enim pacis publicæ turbatio, cujus pœna est Bannum. Alii aliter suam sententiam probare nituntur exemplo Marii, qui ob stupratam vi hospitam diro mortis genere duos milites affecit, ut Capitolinus refert. Nos distinguimus inter id quod fit licite, & inter id quod fit coacte, Hospita enim si ad concubitum nos invitat, omnino illi obtemperandum, suscipit enim nos, fovet, cibat, & omnia præstat, quæ potest. Nos igitur decebit ut favorem favore compensemus, & duplicemus, fortunamque quæ sese offert non omnino despiciamus. Tale diversorium fuit olim Antverpiæ *zu Tausendt mitteln*, in quo nihil, quod ad voluptatem tum corporis, tum animi fecit, defuit, *nud da der wirt ein hanreii ist, sichen die Gäste gerne ein.* Deinde si aliquid supererit, si triorches eris, potes paululum ancillæ communicare, ut illa etiam habeat, quo tui reminiscatur. Fontes enim tui dividentur foras.

De eo, qui multas cunas emerat.

Quidam in Francia Orientali, cui uxor, quam ante quator hebdomadas duxerat, cùm peperisset filium, mox properavit ad quoddam forum, ubi tot cunas emit, ut quadrigas impleret: atque domum rediens, cùm interrogaretur quid sibi vellent tot cunæ, dixit: Opus habeo, si enim uxor mea tam fœcunda est futura, ut in brevi tempore sit semper paritura, vix hæ sufficient.

De quodam Helluone.

Helluo quidam pupillis à magistratu datus tutor: cum patrimonium illorum universum absumpsisset, & jussus tutelæ gestæ rationem reddere, nihil superest, hanc rationem accipite, aliam nescio: verum magistratu urgente, ut libellos offerret, qui acceptum continerent & expensum, ille os primò ostendit, deinde podicem, illic recepta esse subindicans omnia, hic exposita.

Ebrii cujusdam dictum jocosum.

Quidam homo facetus, cùm diversis vini generibus se ingurgitasset, ita ut diutius continere non posset: dixit astantibus sodalibus ad vina bibita: Inite inter vos concordiam, aut ego vos è fenestra præcipitabo.

De Caupone & Viatore.

Divertebat apud Cauponem Viator, atque dum pro cœna mensa non esset laute, atque pro Cauponis voluntate instructa, dejecit ipse

Caupo ex fenestris orbem unum, quem nos discum vocamus. Hoc viator conspicatus, pocula omnia, vasaque vinaria, & quicquid in mensa erat, dejecit, Caupo stomachosus, cur hæc faceret interrogabat? Putabam, inquit Viator, nos inferius cœnaturos.

Hanreium faciens quo nomine est indigitandus.

R. Quidam eum vocant Domesticum inquilinum *hanschan, verwalter, hausz genossen.* quod frequenter domum tuam adeat, Alii eum vocant Amicum, sed is qui clam & invisus alterius jus occupat, amicus non est, diverso tamen respectu esse potest. Nonnulli hostem, sed perperam: Hostis enim is est, qui nobis, aut nos illi bellum decrevimus, Privati verò sibi bellum denuntiare nequeunt: regale enim est, & summo principi ex natura majestatis in se considerata soli competit. Aliqui Cucurbitam vocant, sed male, siquidem id de vasallo uxorem domini hanrei zãte, dicitur. vocabuli hujus derivationem *vide apud Cala. & Hort. feud. in verbo Cucurbita.* miramur valde quod veneranda antiquitas in perscrutando hoc vocabulo non fuerit curiosior. latinissimo vocabulo nos vocamus Capellanũ, vicarium, seu ut Munstero libet matrimonii coadjutorem *Ehe helffer unbesoldete* substituit, qui cessante marito onera matrimonii supplet.

Scorta

Scorta cur alicubi per convitium pulmones appellantur?

R. Quia vilia sunt aut vento quodam turgida, & vere vana. Cum matrona quædam puellam lascivientem hoc verbo criminata maledicentiæ pœnas dedisset, gravi insuper adjecta mulcta, si denuò verbo mulierem lacesseret, verum non ita multo post cum excandesceret, quo pœnam effugeret, periphrasi quadam usa ejusdem convitii. Et quid, inquit, ego te nominabo? Caro es, quæ egreditur ollas constat enim id genus intestini in decoctione tumescere, & sic plerumque lebetes transcendere, ut vi sua erumpat, ac dejiciat etiam opercula.

Vxores hanreizantes quomodo debent appellari.

R. Hanrifici certant, & adhuc sub judice lis est.

Meretricis nomen (quod genus hominum sine præfatione honoris nominari nequit) illis non competit. Nam hæc à merendo dicta est. Vlpiano dicuntur practicæ seu quæstuariæ *Ehnehren sic mit der hand, da die auff sit zen*, pecunia suam exercens militiam, multorum libidini servit, & est vidua, ut pote, quæ 23000. virorum absorbuit ictus. Hæc nulla accepta pecunia, sed amoris, qui est furoris species, & benevolentiæ causa hanreizat: Econtra meretrix se prostituit in silvis, ut propter Noribergam

gam, *in Newen wald*, quem locum sæpius inviso. Leipsiæ *auff dem Rubeht, da sie das gras mit den hintern abmaijen.* Vnde vocantur Nymphæ silvestres, pecora campi *wald Gottinnen.* Antverpiæ *in dielepelstraet*, ubi die nocteque meretricum cochleationes visuntur, Francofurti in foro piscario, &c. Hæc vero est inviolatæ existimationis, quia amoris vi cuncta solis amantibus sui copiam facit. Errat igitur hic *Connanus lib.* 8. *cap.* 13. Qui illam meretricis nomine indigitat. Rectissime ab Ovidio & aliis vocatur *Amica*, cum quibus consentimus & facimus.

Hanreitas quid est?

R. Est vocabulum mere Germanicum, sed in latinitatem jam olim degeneravit, ex antiquissimo vocabulo han qui est Gallus, & voce, *Rein*, quod chorea, sive *dantz*, quasi dicas, Galli choreus, nostrates vocât *hanrein geschlossene gesellen*, montecuculos vocat, item Cornutos; cornua enim gerunt satis manifesta & conspicua, extra pileum sæpe protuberantia, & ne omnibus appareant, pileum non detrahunt etiam si aliquem prætereant, & hoc est verum Hanreicæ gravitatis signum, Conveniunt in hoc cum Gallis, quia licet gallus proprias uxores habeat, quæ tamen etiam ab aliis visitantur, ita & hi licet proprias uxores alant, ab iis etiam alij admittuntur viri. De cornua ferre, multi multa scripserunt. *Niceph. libro* 2. *de imper. Andr. Constanti.* sic inquit; *Longe alia*

fuit

fuit Andronici luxu & libidine præditi intetio, qui cornua Cervorum, quos venatus erat, insignia & rari aliquid habentia in porticibus fori suspendebat specie quadam ostentandæ magnitudinis ferarum quas cepisset, cum revera civitatis mores & uxorum, quas ipse corrumpebat lasciviam notaret. Atque ad multas gentes (opinor) promanavit, vt qui malitia vel injuria suas conjuges adulterari sinerent, probroso sane convitio cornua ferre dicerentur. Germani injuriam rei verbo leniori mitigantes vocant *Einem frommen ein faltigen mann, der seiner frawen nicht genug thun kann.*

Cur fœminæ amant brassicas?

R. Propter earum acrimoniam. Nam mistæ cum farina lolii provocant earum annos, dies & menses, modo iis utantur per modum suppositorii. Hæc est vera *Androgina* composita ex duobus culis, & quatuor natibus melliores per postam in corbe huc veni, ut hæc nova vobis annuntiarem. Credite vera dicenti veritas nulli cedit. Caput capiti opponam sicuti cervisiarii exportantes vasa, putatisne me vel fugere? nullo modo apponam potius frontem fronti imo barbam barbæ sicuti duo podices, qui bellum gerunt: ô quam libenter surdus talia audiret!

An non omnis mutatio bona?

R. Mutatio bona est quæ vergit in meum commodum. Si mea bursa inanis esset, vestra plena

plena pistolettis, si ego essem asinus, vos docti, per me faciat mutatio stante pede, & ero plane novus homo. Item si tu haberes fœminam pulcro vultu, ego vero Hecubam aut aliquod remedium amoris, vellesne mutare?

Quid est vetula?

R. Est antiqua dementia, Harpya, Diabolus in veste fœminea, & ut omnia uno verbo complectar, est concionatrix loquacula, quæ non Evangelium; sed convitiorum plaustra evomit.

Quid est pædagogus?

R. Est advocatus Lutosus, collegii pestis, cuius supellex est bibliotheca, qui cœnat mane ne de nocte permerdet lectum, qui totius collegii anitergia colligit ut pultem avenariam calefaciat & pugillum unum carbonum lucrifaciat. est alter Euclio. Est miles animosus, qui statim hosti calcanea suorum sandaliorum vertit & sese salvat in gymnasio. qui jurat per tabulam rasam Aristotelis, per Bucolica Virgilii, per veneris nates, per testiculos Saturni, per pecus Melibœi, breviter per omnes autores tam Latinos quam Græcos, rem ita sese habere.

Quid est advocatus?

R. Advocatus est, qui amat ducatos, eosque pluris facit ipso sacco mendicorum etiamsi confectus esset ex finissima tela Hollandica. Advocati raro visuntur in hospitiis

sed

sed sæpe sunt in domibus suis & alibi consultando, libenter audiunt cantilenam *Damisi. Hic dat or* illis adhæret in matrice animi ab æterno. Natura advocatos fecit ex argilla tam pulchre madefacta vt nunquam habeant manus frigidas & ideo idonei sunt conficiendæ glaciei tam in æstate quam in hyeme. Advocati viderunt quoque titulum veneris sed tribus perpiscillis.

De quodam Advocato.

Quidam advocatus, post multas causas, in quibus victor evasit, Monachus factus est; & cum in negotiis monasterii præpositus, multis in causis succubuissent, interrogatus est ab Abbate. Cur omnino in causis agendis mutatus esset? Respondit ille: Non audeo mentiri vt ante, ideo amitto causas.

Musca culinaria quænam?

R. Est Dominus *parasitus*, Germanice *Tellerleker*, qui cibum è flamma petit, qui constringitur non funibus, sed farciminibus, cujus uxor pro uno ovo cum matre sua, bursam naturalem seu vulvam venalem habet. Iam incitavi ad risum asinos clamore magno, uti vos estis testes.

Historia jucunda de quodam sacerdote.

Quidam sacerdos suis rusticis concionaturus dixit, *salutat vos Lucas medicus.* Vt habent sacræ litteræ, sed postea præ pudore ita obstupuit ut ne unum quidem verbum vlterius

tius enarrare nequierit, illud ipsum subinde repetens, tum ex senioribus unus assurgens, dixit, habeat gratias, atque si quando ad eum reditis, dicito & illi nostro omnium nomine plurimam salutem.

Pueri quomodo sapientes efficiendi.

R. Podicis cappa illis detrahenda ipseque podex virgis cædendus, ita enim sapientia è podice ad caput evolabit.

Supellex pædagogi quænam.

R. Est ferula sub axilla cum bibliotheca, quæ constat ex Despauterio impresso tempore Laurentii vallę, sed siste gradum lector alteratissime, (hem literatissime volebam dicere) Bonum mane, Bonum mane, bonum serum hoc est saluto per totum diem.

Virgines cur libenter nubant Jurisperitis.

R. Vt juris Mystes jus fas rectumque ministrat.

Virgo sic rectum semper amare solet.

Quonam in loco pluris venditur aqua.

R. Vbi caupones vino exotico aquam admiscent, sic enim aqua vini etiam cari pretium potest contingere.

Cerevisia unde dicitur.

R. Aliqui dicunt, cerevisia quasi cereris vinum. Alii sic?

Vnde sibi ducat quæris cerevisia nomen,
Quod cerebrum invisat sæpe Sabelle tuum.

De

De Potatione.

Ad primum morſum, ſi non potavero mort ſum.
Gaudia ſunt nobis maxima dum bibo bis.
Ad trinum potum lætus ſum, dum bibo totum.
Lætificat quartus cor, caput, atque latus.
In quinto potu, vaſto potamus hiatu.
Dulcis & ipſe cibus dum bibo ſex vicibus,
Potu ſepteno lætus ſum corpore pleno.
O nos fælices octo bibendo vices.
Nona cherubinum pingit potatio naſum,
Si decies bibero cornua fronte gero.
Vndenaque vice tibi præbibo dulcis amice.
Et bis poſt decies eſt mihi tota quies.
Poſtea dico ſatis ſed cum potavero gratis.
Tantillum digitum lætus eo cubitum.

De ſcorto.

Corpus, opes, animam, conſortia, fœdera, famam,
Debilitat, perdit, necat, odit, deſtruit aufert

Dies macilenti quinam?

R. Sunt dies jejunii in quibus ſaturamur pane cæleſti, cibo ſpirituali eoque levi, qui non generat per ſe in ſtomacho cruditates ſed tantum per accidens.

Hymnus in quo omnes notæ muſicales comprehenduntur.

Vt queant laxis *R*eſonare fibris *M*ira geſtorum *F*amuli tuorum, *S*olve pollutum *L*abijs reatum, Sancte Ioannes.

Igniaria & ſulphurata quibus odio ſunt?

R. A-

R. Amatoribus & furibus. Amatoribus, quia laxato fræno opus ſuum peragunt ſine tympano, candela & candelabro : furibus, quia clandeſtina eorum furta illuminant & in lucem proferunt.

Hercules in quo peccavit ?

R. In eo quod occiderit ſceleſtum *Caeum* qui plane imberbis erat, primogenitus ac quaſi recens excluſus *Wie ein jung hun das Erſt auſz den Eyer Schalen kumpt.*

Hiſtoria jucunda de parocho.

Militem puerulum è baptiſmatis fonte ſuſcepturum, parochus interrogavit, Domine miles tune idoneus es huic muneri ſuſtinendo ? ad quod miles, puto quod ſic, tum parochus, noſtine præcepta Dei ? ad quod miles: quidni ? tum parochus, quodnam eſt primum præceptum ? reſpondit miles, non vorabis, *Du ſolſt nicht freſſen*, erras perverſe miles, inquit parochus, primum enim præceptum eſt, *Non habebis Deos alienos in conſpectu meo.* Imo regerit miles, Dominatio veſtra fallitur; Nonne enim Deus ſtatim à creatione præcepit: *de Ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Gen. 2. Tum parochus ô miles magna eſt fides tua ſuperas me eruditione vel potius aſtutia.

De quibuſdam ſimplicibus Ruſticis.

Prope patriam meam eſt vicus agreſtis, nomine Mundingia, iſtic dicuntur in primis eſſe ſim-

simplices Rustici, illorum unus, semel ad forum Ehingense profectus, cum domum rediret audivit in confinibus duos cuculos sibi invicem suo cantu respondentes. Erat autem in sylva Mundingenæum, alter in sylva finitimæ villæ; Et cum cuculus alterius silvæ suum clamore superare videretur, ille demisso equo cui insidebat, ascendit arborem, atque suum cuculum stridore illo incomposito adjuvabat. Interim lupus equum illius devoravit. Quare Rusticus repetens domum suis compaganis conquestus est; quomodo propter Reipub. honorem & communis emolumenti gratiâ, quod suum cuculum juvisset, accepisset hinc non mediocre damnum. Vnde illi consensu communi & impensis, damnum illius sublevaverunt: indignum judicantes, vt qui pro salute & honore publica laborasset, inde jacturam pateretur.

De Nobili & monacho.

Nobilis quidam patribus nostris notissimus, atque bellator egregius, cum publicus esset cujusdam Imperialis civitatis hostis, atque Monachum quendam civitatem intrare volentem apprehendisset, portantem pannos pro vestiendis confratribus suis, ille partem panni Monacho abstulit, ut & se vestiret, Monachus indignanter abiens, minatus est in extremo judicio illum pannos redditurum. Quod nobilis audiens, abstulit ei reliquum pannum atque pallium, dicens: Quum ta-

lem mihi dilationem & tam diuturnum terminum ſolvendi concedis, ego ſi poſſem, tibi etiam monaſterium auferrem.

Chriſtiani & Judæi diſputatio.

Matthias quidam Vlmenſis, parum prudens, in libris tamen Bibliorum multum exercitatus, diſputabat cum Iudæo de fide ejus & Chriſtianorum, utra melior vel verior eſſet. Tandem dicebat: Vos Iudæi non ſignati baptiſmate, in extremo judicio, ſicuti canes à carnifice in urbibus non ſignati, à dominis cædemini: Nos autem ſignati, impunes erimus. Tum Iudæus interrogavit, Vbi eſtis ſignati? Matthias reſpondit, Caractere baptiſmatis (ut loquuntur Theologi) qui eſt impreſſus animabus noſtris. Ad hæc Iudæus dixit: Cum in extremo judicio aderitis cum corpore: nemo poterit videre hoc ſignum animæ: nos verò Iudæi ſumus circumciſione & præputio ſignati. Cui Matthias, O impudentiſſimum Iudæum, inquit, velles tu in cœtu ſummi Iudicis atque tot millium hominum oſtendere virilia, & pudenda educere? Vade ad patibulum cum tua impudentia. Itaque victor ſe judice abiit.

De Martino.

Martinus chlamydem pro paupere dimidiavit.
Vt faceremus idem nobis exemplificavit.

Secreta quinam aperiunt?

R. Si ſecretarum ſeriem vis noſcere rerum.
Ebrius, inſipiens, pueri dicent tibi verum.

Epi-

Epitaphium insigne?

Hic in propriâ recubat villâ
Pater Aistulphus cum ancillâ:
Cui à dextrâ sorte Mamillâ
Dat Pater oscula, deficit illa.
Sed per spatia ævi pauxilla
Post hæc funera vivit in villâ:
Nam dum sapit huic admodum squilla
Cum bene sapidâ cocta anguillâ,
Dum dat famulo cellæ sigilla,
Vt depromat vina Cyprilla.
Viuere definit Pater in villa,
Sitis urgebat quippe pusilla.

Incerti autoris.

Ex minimis, vitium, cælum, modulamina, castra.
Venit, alit, penetrat, mitigat exuperat.
Seditio, requies, oratio, cæna, favilla.
Maxima, longa, brevis, semibrevis minima.

Quare multi ad magnos honores mundanos perveniunt.

R. Hoc sæpe fit ob commodatam domino uxorem. Hinc hic fit secretarius, ille senator, hic comes, & iisdem artibus à magnatibus multa præpinguia venantur officia, uxores quæ ob id non immerito superbiunt, quarum radiis maritus fulgeat. Item se illas esse quarum amore princeps gaudeat, dicunt, nullam, ex Domini hanreizatione fieri impudicam earumque maritos, qui ineptis Hirci

ci videri possent, ita excellere aureis cornibus, vt dignitate cunctos anteeant. *Paulus Iovius in vita Galeacii Sfortiæ*, & à prudentibus nulla alia compendiosior via ad honores adipiscendos, quam hæc ipsa habetur. Exemplo luculentissimo nobis erit historia Euriali ab Ænea Silvio conscripta. Videatur hic ulterius. *Nevez. lib. 4. num. 28.*

De quodam Consule Vlmensi.

Quidam Consul Vlmensis, quum venisset in legatione ad Dominam Mechthildam ducem Austriæ: atque inter orandum crepitum ventris edidisset, nihil commotus est, sed processit in sermone. Quod cum domina audivisset ac dissimulasset, virgines autem ejus ac pedissequæ se invicem aspicientes, occulte riserunt, pepedit & una ex illis. Quod Consul ille audiens, atque ab instituto sermone digrediens: procedite, inquit, ex ordine, & postquam me ordo rursus tetigerit, ego redincipiam. Vnde omnes sunt in risum effusissimè commotæ, dominaque facetâ ejus responsione permota, magnifice eum tractavit.

Possunt-ne mulieres peregrinari illæsa pudicitia?

R. Vix quidem: quia viæ teruntur ab omnis generis hominibus, qui pretio illecebrisque, nec non vi Hanreitatem expetunt? Sic Dina, *Genes.* 34. & Angla illa, de qua Sylu. epist. peregrinationis fructus uberrimos protule-

tulerunt, & Comicis frequenter peregrinatrices sinistræ sunt famæ: nam benè sciunt, absente fele saltare mures: Imo in peregrinationibus adeo fiunt applicabiles, subjectibiles, & tractabiles, ut Theologiæ studiosis pro cathedra quam contendant, Iuristis pro pulpito, cui corpus imponant & Medicis pro vivæ Anatomiæ subjecto, ac denique nemini non inserviant.

Carmina in quibus omnes primæ literæ incipiunt ab F.

Fœmellas furtim facies formosa fefellit.
Fortuito faciens ferventi furta furore.
Fur foritas fertur futuens flagroque feritur.

Carmen jucundum.

Hircus cum pueris, puer unus, sponsa: maritus.
Cultello, lympha: func, dolore cadit.
De anu per crepitum animam exhalante.
Vno animam crepitu Iana pepedit anus.

Gallice sic.

Vous qui passez, priez pour cette Dame
Qui en petant par le cul rendit l'ame.

Comparatio mulieris & canis.

Comparantur à nostris canes & mulieres, illi dum volunt, mingunt: hæ dum volunt fient, ut Iuven. Saty. 6. & Ovid. Vt fierent oculos erudiere suos.

De rixosa Muliere.

Habebat quidam jurgiosam imprimis Mulierem: adeò ut: sive ex caupona rediret: sive

laboraret, aut comederet, maledictis ab ea impeteretur: quicquid tentavit, semper ei Mulier maledixit, atque quanto eam frequentius verberaverat, tantò contumeliosior reddebatur, magis jurgabatur. Quod cum verbera nihil profeciſſent, alia via aggrediendum putavit, atque quotieſcunque ipſa ei maledicebat nihil movebatur, ſed continuo tibia, cuculus erat indoctiſſimus, canebat, Quod cum feciſſet, ipſa acrius maledicere cœpit. Ille vero perſiſtente propoſito, ipſa præ ira ſaltare cœpit: quo pergente, ipſa ex manibus ejus tibiam excuſſit, qui cũ nihilominus reſumpſeta tibia ſine commotione caneret, mulier indignantiſſima domum exivit, aſſerens ſe poſthac non perpeſſuram nequitiam viri, & temulentiam illam intolerabilen. Et cum poſtero die cum ſolita maledictione rediret, vir ad ſolitum cantum reverſus eſt. Quare mulier ſe victam oſtendens, imprecationibus abſtinuit, benevolentiſſimamque ſe futuram viro pollicita eſt, modò tibiam ſeponeret. Memorabile exemplum, pertinaciam muliebrem variis artibus frangendam eſſe.

FINIS.

THESES

DE

HASIONE

ET

HASIBILI QVALITATE,

De quibus sub præsidio

FABII STENGLECI

LEPORINI,

Respondente

LEPIDO CAPITONE PRO GRADV

in eadem facultate assumendo.

Disputabitur

Horis Pomeridianis, vespertinis & nocturnis, in magna frequentia omnium ejusdem facultatis studiosorum ad Calendas ęditles, ludiles, bibiles in Auditorio majori Phantastarum.

Quis vetat Hasoni ridendo dicere Verum,
Socratico & leporem fatuum condire lepore.

THESIS I.

SI Naturum hominis, prout nunc est, moresque & conservationes humanas pœnitus inspexerimus, videmus occurrere adhuc novam aliquam facultatem, quæ ad nullam quatuor specierum referri possit. Vnde prædicamentum illud non satis ab Aristotele explicatum esse manifestum est, sed addendum novum aliquod ens, quod est HASIO & HASIBILIS qualitas.

2. Erit ergo hæc nova & quinta species, ac illi homines, qui hac qualitate ornati sunt, ex quinta essentia constant, quos ob id neque homines, nec per omnia lepores, sed mixtum quid quasi *anthropodasys* seu hominilepores, sive leporihomines, aut homines hasios dicere possumus.

3. Nec pueriliter putandum hanc speciem idem esse quod passio & passibilis qualitas. Nam licet plerumque in conviviis Hasiones sint in passibili qualitate, tamen sæpe numero sunt in agibili nempe tunc cum currunt, ut inferius patebit.

4. Est autem Hasibilis qualitas morbus ortus ex superfluitate & Privatione intelligentiæ albæ in cerebro, in quo spiritus turbati, humores vitiati, & elementis gravitatis & levitatis immixti, confusionem temperamenti faciunt in cerebro, ventremque gravidum fa-

unt iisdem vitiositatibus, & pedes manusque crebris gesticulationibus. Hoc morbo laborantes hasiones aut lepores vocantur.

5. Ex qua autem terra & regione hic morbus epidemicus primò ortus sit, variæ sunt sententiæ. Quidam enim ex Cæphali, quidam ex Turpeti, quidam ex Franconali, quidam ex Italica regione ad Germanos traductum esse volunt. Cum autem sub judice lis pendeat, animadvertendum, ex qua regione conterranei plurimi hoc morbo laborare videantua. Nam similis simili gaudet.

6. Ex definitione verò supra posita facilè intelligi potest non esse tantum simplicem hujus morbi speciem, sed multiplicem. Quædam enim hasibilitas consistit in spiritibus, quędam in hnmoribus, quędam in elementis, non secus ac febris quędam.

7. Nam hasibilitas in spiritibus consistens omnium maxime conspicua est in viris magnis, spectabilibus & doctis, aut etiam in iis qui cum tales non sint: tales esse volunt: hi enim habent altos & elatos spiritus, qui omnes inferiores præ se contemnunt, sua laudant & prædicant, etiam si aliquando graviter mentiantur, & nihil nisi sententias & versus proferunt, aut jubent à se carmina conscribi, ut fiant candelabra patriæ, & variis linguis loquuntur.

8. Vt exempli gratia, cum quis in conviviis bonorum virorum solus totum colloquium

quium vult habere, & ordinare omnia in menſa pro ſuo arbitrio: omnia ſolus dirigere, qui gloriatur de ſua doctrina, & tamen ſtultus eſt: qui ſemper vult diſputare, qui vult canere, qui vult ſtrenuè bibere, & tamen nihil horum poteſt, qui multa dicit de opibus ſuis, ſemper in ore habet centum mille, millena millia, & tamen pauper ſocius eſt: qui gloriatur de virgine ſua, cum vix ac ne vix quidem locum habet apud ancillam, & tandem qui profitetur omnes facultates & ſemper nova dogmata, novas artes Methodicas invenit, & reliqua omnia vult refutare.

9. Ejuſdem farinæ ſunt qui in platea anſati atque anſati incedunt, caput jactitant, pedes ad æquilibrium movent, naſum erigunt, ac ſi velint in cœlum conſcendere, ac obſervant diligenter ubi quam plurimi homines convenerint, ut illos prætereant, quo digito monſtrentur, ac qui nobilem ſe jactat cum ruſticus ſit, & pediſſequum habet, qui ipſe nunquam fuerat factus Dominus: quique aureos annulos geſtant cum adhuc non deceat. Omnes enim hæ & ſimiles ſpecies, ex elatione ſpirituum, qui ſunt in ſummo gradu, oriuntur.

10. Haſibilitas ex humoribus eſt quæ in ſobriis nunquam eſt ſed creſcit tunc cum cerebrum aut gula, vino, aut cereviſia immaduit, ut ſunt omnes, qui, cum ſunt ſobrii, optimè ſe quidem gerere poſſunt, ſed quam

primum conjuncti sunt; ibi pessimè hunc morbum contrahunt. Et hæ species iterum variant secundum quatuor humores, sanguinem, bilem atram, bilem flavam & phlegma.

11. Ex humore sanguinis oritur hasibilitas quæ in risum exit, quo seipsum quis facit ridiculum, seque aliis sponte deridendum exponit, aut cum vexatur & se ab aliis vexari omninò non intelligit, se alios vexare putat & quidvis patitur sibi persuaderi.

12. Bilis atræ hasibilitas est, cum quis in conviviis exhilarationis gratia insututis sedet ut Mopsus aut Corydon, morosus, nihil loquens aut ridens, sed ac si omnes vellet devorare, quod ideo facit, ut convivæ dicere debeant, eum in profunda melancholia sedere doctum esse, & rebus gravissimis intentum, vel speculari in divinis.

13. Hasibilitas ex flava bile in illo est, qui audito inter jocos, vel unico verbo siniſtro statim arma corripit, & vult homines omnes trucidare, & vivos mortuosque mactare, præ nimia virilitate ut caper, quod ideo facit, ut homines dicant eum equestrem hominem esse, nec devorare orbem casei.

14. Phlegmatica hasibilitas est orta ex nimia bibendi fidelitate, qua fideliam nimis sæpe elevans cogitur vel in mensa, vel in lecto, vel in mediis choreis infimo vel supremo ore vomitum edere & realia verba proloqui, Hic humor, illo exonerato & fideliter depo-

sito,

sito, desinit statim esse hasio (cum reliqui etiam post factum nomen retineant) & propterea non Hasio sed Grobianus & Rulcius dicitur, & cadit sub exemplum gravitatis.

15. Restat hasibilitas quæ est in elemento sita: Sunt autem duo genera elementarium corporum, grave & leve. Vnde secundum hanc *dichotomiam* hasibilem; dicuntur alii hasiones gravitatis seu probitatis; alii levitatis seu subtilitatis.

16. In hac autem specie multi superiorum concidunt, quod mirum non est, cum omnes sint ex una stirpe orti, & sub uno omnium genere contineantur. Gravitatis autem hasibilitas se maxime exerit in moribus: quo facile videri poterit, an quis etiam suam civilitatem morum studuerit, qui secus fecerit, ad hanc classem referri debet.

17. Vt qui virginibus inservit & vel bonũ *empoſticum*, vel bombum prolocutus fuerit; vel alias caput justo tempore non aperuerit; & expecta verit donec prius salutetur: Et alium salutans per digitos transpiciat. num etiam resalutetur. Summa qui Grobianum egregie calent, Hasiones gravitatis vocantur.

18. Hasibilitas levitatis ultima est, sed omnium frequentissima & omnium latissime patens. Huc enim spectat varietas vestium, gesticulatio, manuum osculatio, pedum varia vibratio in choreis vel cum virginibus, vel cum adolescentibus.

19. Vt exempli gratia, qui nunquam ex patria exierunt, vel brevi tempore à maternis mammis abfuerunt, & redeuntes gladium, plumas, varias formas veſtium, magnum ventrem, (in quo geſtari pulli dicuntur haſionum) ampliſſimum pileum, magna collaria, acutas caligas ad formam, Y literæ Pythagoricæ (unde hæ caligę vocantur Pythagoricæ vel ypſilonicæ) duplices crepidas & ſimilia gerunt: Qui item manus oſculantur, frequenter nutant, pedibus verrunt terram, & innumeris utuntur emitentiis, reverentiiſque.

20. His cognati ſunt qui veſtes partim Gallicas, partim Germanicas geſtant, & veſtes habent variorum colorum rubri, flavi, viridis, albi, ex quorum numero niger excipitur.

21. Nec tantum levitatis haſiones in veſtibus ſunt, ſed etiam in choreis & aliis actionibus, in quibus ſaltant, circumcurſitant, jam Italicam, jam Polonicam, jam Anglicam, jam Germanicam choream affectant, & ſe omnibus modis familiares reddere ſtudent apud virgines, quo evenit, ut hi haſiones ſimul amatorii & Venerei haſiones dicantur: & ſæpiſſime viam in gratiam hujus vel iſtius puellæ iterant, & ſe omnibus modis applicabiles puellis, reddere ſtudent.

22. Symptomata harum haſibilitatum

ſunt

ſunt omnes his affines qualitates, Cornelius, Ciglio, Eulenſpigalius, Paul cave tibi, Papa de calvo monte, Claus ſtultus, omnis ignorantia, ſuperbia, amor, cochleatio, helluatio, ſcurrilitas, impudentia, beatitas in altero plus, in altero minus. Summa totus curſus cum arundine longa.

23. Signa ſunt riſus, cachinnus, vociferatio, circumcurbitatio, geſticulatio, ſaltatio, oculorum gyratio, capilli longi & muliebris figuræ, veſtes, inceſſus. Quibus addere plura, qui converſationem hanc arte conſiderat, & ſeipſum in ſua cute examinat, facile poteſt juxta illud: Stultorum plena ſunt omnia. Ergo nullibi dantur vacua, & per conſequens veteres male dixerunt vacuum eſſe in rerum natura.

CORONIDES.

1. AN *haſibilitas contingat maſculis & fœminis? affirmatur.*

2. *An haſio ſit generis communis ſecundum regulam, Quæ conveniunt: &c. affirmatur.*

3. *An aliquis tangendo proprium naſum, apprehendat haſiones ſecundum qualitatem & quantitatem? utrumque affirmatur.*

4. *An duæ vel plures Species hasionum possint esse in uno subjecto? affirmatur.*

5. *An virgines cochleando hasificent vel hasificentur, vexent vel vexentur: & an etiam verum sit de adolescentibus cochleantibus? utrumque affirmatur.*

Disputationis.

D E

HASIBILITATE

cursus Secundus.

THESIS I.

ABsoluta superiori disputatione, quæ partim Logica, partem Physica fuit, de Natura, & proprietate Hasionis; Reliquum nunc est, de ipsa Hasibilitate seorsum agere, quatenus in considerationem Medici venit, juxta illud Aristotelis: Vbi Physicus desinit, ibi incipit Medicus.

2. Neque vero supervacaneum est, de hac materia tam prolixe agere, quia veteres dixerunt: Nosce te ipsum. Et cum omnibus hoc seculo nihil magis volupe sit quam disputare; habet hic unusquisque semper quod agat *sicuti scabiosus.*

3. Breviter igitur rem comprehensuri, à Defi-

Definitione exordiemur, cum cum ſuperius prolixè tradita ſit, brevioribus eam hic verbis repetemus, pro intentione noſtra: Nam quod pulchrum eſt, bis terve repeti non eſt abſurdum.

4. Eſt autem Haſibilitas, ſive morbus, ſive depravatio intelligentiæ in cerebro, dependens ex ſuperfluitate ſpirituum, aut Humorum.

5. Hæc definitio perfecta eſt, omnibus enim ſuis partibus conſtat.

6. Genus ſeu Formam diximus eſſe morbum: manifeſte enim lædit actiones; SED SINE DOLORE: & eſt hæc Lues magnæ ACTIVITATIS, quia ad SIMILITVDINEM AGIT TRAHITQVE maxime ſecundum Formam.

7. Vt autem uniuſcujuſque morbi magna eſt latitudo, ita & Haſibilitas alia magna eſt, ſive vehemens; alia parva, ſive remiſſa: alia diuturna, alia brevis: alia recens, alia inveterata.

8. Subjectum univerſale eſt Cerebrum, ſtatuerunt enim veteres, & ſapientiæ & ſtultitiæ ſedem eſſe cerebrum. Pro varia igitur ejus læſione, variæ emergunt differentiæ: vel enim totum laborat, & tunc febrientibus, aut etiam furentibus interdum ſimiles fiunt HASIones: vel pars tantum affecta eſt, & ſic mediocriter currunt. Præterea pro illius varia conſtitutione naturali, variæ etiam actio-

nes

nes oriuntur, mediante tamen causa, de qua mox.

9. Causa efficiens est superfluitas spirituum, aut Humorum. Hinc alia nasibilitas humorosa est, alia flatulenta.

10. Si enim ex spiritibus est, aut extrinsecus originem traxit, aut intrinsecus. Extrinsecus quidem, ex conversatione aliorum, qui infecti sunt, quorum contagium facilè quisque contrahit. Vel saltem ex re aliqua lepida, quam sive videt, sive audit. Intrinsecus verò ex parentum hereditate, ex morbo, ex mala educatione, innata libidine, licentia, luxuria: Inde enim fit, ut paulatim Spiritus ex depravatis visceribus ascendentes, capitis domicilium occupent, & hinc inde accrescentes, multis modis id molestent, ut laborantes ad quidvis persuaderi, aut converti possint, Vnde tot generum ineptiæ, nugæ & culpæ de quibus supra.

11. Quod si ex Humoribus hic affectus sit, pro varietate intemperiei, variæ erunt differentiæ. Hinc alia Hasibilitas sanguinea est, alia pituitosa, alia cholerica, alia Melancholica. Et cum hæ causæ cum subjecti constitutione, & *crasi* magnam affinitatem habeant, ejusmodi humores ingluvie nati, ab anni tempore, ætate, regione, & natione adjuti, cerebri substantię conjuncti, prout sunt, alia atque alia Symptomata proferunt.

12. In

12. In his autem & Quantitas consideranda: si enim exigua copia fuerit, non agit quidem hęc lues, ut quamvis in corpore hæc ipsa sit, non tamen manifesta sit ejus actio, & licet non agat, ladat tamen actiones, sed clanculum, ut homines non animadvertant. Imo experientia sæpe testatur, quod cum per annos aliquot hoc malum latuisset, tandem magis magisque auctum, sese ut forex prodiderit suo indicio. Sed sunt nonnulli, qui etsi hunc nequam in sinu habeant, tamen aut verborum subtilitate, & lepore, aut alias Dominatione, & authoritate sua præcellenti tegere possunt: & tamen infecti sunt, si verum dicere velimus.

13. Modus etiam causæ considerandus: nam quædam materia tempestive movetur, quædam tarde, quędam medio modo se habet. Vnde actio & Critica & Symptomatica emergit. Et hoc est, quod in conviviis passim videmus, quod quidam valde cito currunt, alii tanquam baliſtæ sequuntur, & alii dimidio vento, navigant, juxta versiculum.

CVRRITE FELICI SIDERE VOS LEPORES.

14. Qui etiam si vehemens erit motus materiæ, vehemens etiam actio. Si continuus, talis quoque actio. Si interpolatus, interpolata actio.

SIGNA

Signa Differentiarum.

13. His ita examinatis, ad differentiarum signa accedendum.

16. Et quantum ad Formalis causæ signa, ea quidem medenti innotescunt ex relatione astantium, nequaquam verò ægrotantis: nemo enim vult HASIO videri, cum maxime sit.

15. A subjecto sunt: Rarò dolor capitis & is quidem per *Sympathiam* ventriculi ex bibitione: Præterea ea omnia, quæ constitutionem Sanguineam, Phlegmaticam, Cholericam, Melancholicam sequi dicta sunt disputatione superiori.

18. A causa efficiente quæ sumuntur, cum jam nominatis conjungentur, & similiter ante disputatum est: nunc ea denuo recensere, supersedemus. Hoc saltem in genere hic annotamus, magnam esse Discrasiæ humoralis analogiam ad Nationem, ætatem, anni tempus, aërem, & cæteras nonnaturales. Siquidem enim hæ omnes in uno eodemque gradu simul convenient, habebis utique signa talia, quæ absolutissimo Hasioni debentur.

19. Objectum verò spirituosum, seu vaporosum, denotat status non fixus; sed errans & quidem tensitivus, sine pulsatione, & gravitate, subtilis interdum, interdum crassior, nonnunquam ructus aut crepitus edens: & hæc omnia cum magna latitudine.

20. Qualitatis verò vel magnæ, vel parvæ signa sunt, antecedens vitæ ratio, sive in

convivio sive alibi, & vel liberalior, vel parcior tractatio & quæ incitamenta solent accedere: habitans item corpori, prout is est.

21. Criticam actionem arguunt Crisim futuram monstrantia, ut sunt motiones animi, oculorum, capitis, pectoris, expectorationes, exspuitiones, pedum strepitus, gesticulatio, vertigines, rubedines, multi & magniloquia, &c.

22. Symptomaticam vero, si ab aliquo objecto extrinseco, aut affectu interno alio oboriatur, Reliqua ex astantibus petuntur: Quia ex ægroto per vehementiam morbi tunc non licet.

Indicationes.

23. Post hęc signa, dicendum de indicationibus, quæ ex definitione petendę. Forma & causa, vendicant sibi locum rerum præter naturam, ideoque sui ablationem indicant. Subjectum occupat locum rei secundum naturam, & sui conservationem denotat.

24. Quantum ad subjectum conservans, vel alimentum administratur, vel respectu virtutis totius, prout debilis est, vel fortis: vel partis respectu affectæ. Specialis autem constitutio specialem tractationem cupit. Hinc aliter Hasiones sanguinei quam choleici tractandi, &c. Semper autem indicans prohibentibus cedit. Et notandum præceptum Hippocratis, Impura corpora, quo plus nutries, eò magis lædes. Et hoc esset idem, ac si stulto baculum porrigeres.

25. For-

25. Forma quidem ratione vehementiæ anodina, & narcotica incidat, ut fit in craſſioribus.

26. Cauſa etiam indicat contraria. Flatuoſa deſignat diſcutientia Objectum immateriale; alteram. Materiale, Evacuans & penitus eradicans. Quantitas ejuſdem poſtulat remedium majus, vel minus. Motus vero Revulſionem, ſi vehemens ſit, aut Derivationem, ſi lenis. Cauſæ autem nos omnes externæ ſi adhuc adſint, removeri poſtulant.

PROGNOSTICA.

27. Poſt has indicationes, colligendum ex Methodo prognoſticandi. In genere quidem prognoſticare licet, affectum non eſſe negligendum, quia nobile membrum laborat. Ex adverſo vero: curationem eſſe difficilem, & tardæ operationis: quia eſt morbus contumax. In ſpecie ſic licet: à forma, ſi vehementia adſit, & vigiliæ multæ, & potationes accedant, &c. metuendum ne æger delirio, aut Melancholia corripiatur. Si cum tempore, loco, & quiete ad ſe redire poteſt, is non ita eſt in periculo, quamvis vexatione non careat.

28. Porro inveteratus affectus, recenti deterior. Et ratione ſubjecti, præſcimus, ſi per ſymprahiam ſaltem laboret, facile terminari & ratione efficientis, immateriale diutius durare, quam compoſitum. curatuque eſſe difficilius: quia ſpiritus ſunt inſtabiles.

Et

Et hoc fit contra communem Regulam.

PRÆSIDIORVM MATERIÆ.

29. Postremo de materiis præsidiorum agendum est, quæ si in vulgaribus rei Herbariæ scriptoribus non inveniuntur, nemini mirum esse debet; peculiaribus enim & novis morbis, peculiaria & nova invenienda sunt remedia, satis est, intentionem nostram, à communi scopo, non abhorrere, & nos eum assequi.

30. Discutientia igitur, & alterantia erunt, hæc leviora: frequentes cachinni, derisiones, punctiones: & hæc fortiora: jocus cibusque serius, vexatio, tribulatio, explosio, Cornelizatio. Quæ omnia exacerbanda, vel minuenda pro magnitudine morbi.

41. Purgantia sunt: Vellicatio, Tornatio, verberatio, dispositio, sumicubatio, mulcatio, syncopizatio, Mycterismus, nasi suspendium, ciconisatio, condilismi, apocoracismi & omnis generis ludibria, pœnæ atque mulctæ. Tum, si grossities materiæ ita exigat, alliquot Hellebori, aut Antimonii libræ intrinsecus, & extrinsecus unguentum ex cineribus incombustis, cum magno & frequenti ictu & frictione. Trahantur etiam nares & pili, & digiti fortissima ligatura duplicati stringantur, in extremitatibus sine omni misericordia, (nam hoc faciendum sæpe, ne in syncopen deveniant) & sues habeantur cum porcellis coram facie ejus quotidie

tidie in loco ſecretiori qui cogantur clamare fortiter, ut ſtipticitas ſolvatur. Interdum probatur baculatio ad ſanguinem loco phlebotomiæ. Sed hæc poſteriora Grobianis propriè conveniunt,& Beanis, quorum nominetenus pauciſſimi ſunt, re ipſa vero innumerabiles juxta illud: *Narraverunt patres noſtri.* Et hic notandum non poſſe ſemper obſervari præceptum Hippocratis ubi docet: jucunde eſſe curandum. Sufficit hanc jucunditatem in medente eſſe.

31. In corroborantibus numeramus extreme tenuem victus rationem, juxta illum Hipp. aph. 8. 10. 11. lib. 1. Imo ipſam à victu abſtinentiam, donec hanc cruditatem concoquat, & ad frugem redeat æger, alias enim facilè in recidivam incidet. In medicamentoſis habemus Objurgationem: admonitionum, laborum, & negotiorum variarum ana. aliquot quotidie uncias, ad lubitum.

33. Atque hæc de curatione breviter & rudi Minerva, difficile enim eſt ſcriptis hæc auxilia complecti. Multo & facilius, & gratius, eſt, hæc practicare, & ad oculum demonſtrate. Eſt enim Medicus ſenſatus artifex. Quod qui experiri cupit, in ſeipſo exemplum ſtatui jubeat.

PROBLEMATA.

1. *Hoc Primum quæritur? an locus Cicer. 2.*

de Oratore: Ineptus est, qui ante tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconsinnus, aut stultus est, &c. *ipsam Hasibilitatem sufficienter explicet? Affi. quod sic.*

2. *Hinc etiam quæritur; cum Cicero loco citato, nationem Græcam eruditissimam, hoc tamen vitio cumulatam dicat, an non multo magis id de aliis nationibus sic prædicandum? Creditur quod ita.*

3. *Sic etiam non incommode quæritur; An qui curationem Hasibilitatis suscipiunt, ipsi sint Hasiones: Resp. Secundum quid, non simpliciter.*

4. *Præterea etiam; an Hasiones in Paroxismo habeant sensum communem? Negatur.*

OMNIA PROBATE, QVOD BONVM EST, TENETE.

FINIS.

FLO-

FLOIA

CORTVM VERSICALE

DE

FLOIS SWARTIBUS,

illis Deiriculis, quæ omnes fere Minſchos Mannos, Weibras, lungfras, &c. behuppere & ſpiczibus Schnaflis ſteckere & bitere ſolent.

Autore

GRIPHOLDO KNICKKNACKIO
ex Floilandia.

Cortum Verſicale de Flois.

ANgla flôoſque, canam, qui waffunt pulvere ſwarto
Ex Watroque ſimul fleitenti, & blafide dicko,
Multipedes deiri, qui poſſunt huppere longè
Non aliter, quam ſi ſtoglos natura dediſſet,
Illis ſunt equidem, ſunt, inquam, corpora kleina,
Sed mille erregunt menſchis matraſque plagaſque.
Cum ſteckunt ſnaflum in livum, blautumque rubentem
Exſugunt: Homines ſic, ſic vexeirere poſſunt,
Et que tandem illis pro tanta lonia teſtunt,
Vexeritate, & quem nemant per vulnera dodum.
Sunt variæ plagæ, quibus ob ſua Súnda, ſuamque
Ob mutwillitiam ſtaafit Menſcoſque Frôaſque

Ipſe

Ipſe Deus, cœlum & ſternas, qui fecit & Erdam,
Hunc ſteckit ſlangus, lopit Dulbundus in illum,
Et bitit in livum, ut cogatur fundere Geiſtum,
Ad alium Wolſtus fretit beruſque toritit,
Hic heffit multos lufos, & tempora nullo
Fredã heffit, logunt per Kleidros, valdeque bitunt.
Aſt reliquos inter deiros non boſior ullã eſt,
Nec magis anfechtit minſchos, illiſque moleſtas
Erregit plagas, quam ſuvartia turba flòorum
Non illis ſatis eſt ſinſtri ſub tempore nachti
Steckêre, & ſeuto meudos upweckere ſlapo:
Sed quoque ſub dago per krupunt undique kleidros,
Nunc huc nunc illuc huppentes ſcarpibus atque
Bitentes ſchnaflis, ſic ut de liſide blautus
Sæpe fluat, pleckique rubri cernantur in huto.
Glofite quæſo mihi, mihi glofite queſo ſodales,
Sæpius expertus redo hoc, cum Wolckibus altis
Doleuchtunt Sternæ; ſchinit Mane undique lechte,
Et vadent ſlapum volbrinſere tempora finſtra,
Solum verhindrunt tardum ſuvara agtimina ſlapum,
Nunc heffunt luſtum per Weickum ſpringere Bed- (dum
Nunc vero upſtigunt Beinos, Beiniſque relictis
In medio ſittunt livo propè nablia runda,
Nunc quoque per Bordum krupunt, dant cuſtia mundo,
Cuſtia quæ ſmertant, ogos naſoſque bekickunt
Deinde juvat rurſus warmum ſub krupere Beddum
Et ſchuldros, armoſque handoſque inviſere, quicquid

Sæpe

Sepe etiam wandlunt infra, ruckumque beſeukant
Et rundos lendos driventes undique lugum!
Sicut quando etiam wandrit Morderus in Holto:
Non tantum wandrit longum verdrivere tempus:
Se l ſchiagit, ſteckit, warpit, donditque Subinde:
Si qui begegunt Ludi, qui Beutlia plena (gunt
Geldo hoffant, Kleidroſque bonos in corpore dra-
Sic quod nigrorum damnanda caterva ſloorum:
Non tantum in Beddo krappit, Kleidroſque bekickit:
Ob longam quoniam, ſed quando cernit in eſſe
Gitideribus blautum, & ſchonum quoque mereki-
ta tharum
Eſſe nec ob dictum veluti morderus adhuppit:
Vih ſteckit ſchnakum, ſub quo ſutanglia ſcarpa:
Anglia ſanguineum deipe quæ ſteckit in hutum:
Vt ſugit blautum, neſcitque uphorere, donec
Livum cum blaſo ſwartum bene fulluit intra:
Nec ſugit tantum, verwundit & undique livum:
Vt ſchlangus ſteckit, furioſus bittit ut hundus.
Et poſt ſe multos plectos, mahloſque relinquit
Rotigenos, Sclapens bec quando ſeulit, in hogum:
Cum livuo ſeſe Werpit, Wegſtotit & handis.
Deckbeddum, ſcurit neglis, ſchadumque beſeudit
Sed quando mortram gledro vertriſit ab uno:
Mox flous ex ſtondo bhendus weghuppet, & altum
Dat wundum, ſi nec ſleddo quoque tutus in illo eſt:
Rurſum alio ſpingit, proque uno vulnere ſteckit
Plurima, ut ille ſemel qui ſclapo upwakuit alto,
Non iterum poſſit meudos thoſchlutere ocellos,
Se Waltrit miſere ruckit, ſleukitque, Kifitque:

Insequitur floos, solitque incorpore, verum
Gripere cum tentat, blotum sibi gripit in hutum,
Sæpe igitur totos sine schlapo ducere nachtos
Cogitur, & multas lidit martrasque Plagasque
Nec saltem hæc fiunt beddo cum ligimus alto,
Sed quoque cum lesumus, cum scrivimus, & imo,
Bedere cum volumus bene plagitur undique corpus
Præcipuè beinos intra, teneriſque sub armis
Summis in kragiis hic, hic sunt regna floorum,
Hic kreflunt, steckunt, bitunt, kit Zlunt quę
subinde, ut
Patere non possis, cum scuras neglibus hutum,
Et quod der Wundrunt omnes, non ullus in Erda,
Lebit diriculus, nonnullus inaëre schwebit, (unus
Qui tam magnanimus, tam sit quoque kenus, ut
Exiguusque flous non fruchtitat ille potentes,
Kerlos: non Babsti krona verschrickit abipsa,
Bokum perkrupit sanctum lopitque behende:
Donec beroret blotum cum schnasside livum,
Cogit ut huic Pabstus flotos crutzumque sacratum
Werpere de manibus, deirumque fugare bitentem.
Non fruchtit Keysros, non Reges, non Patriarchas
Non Cardinales, heudos qui margine breido
Dragunt in Koppis, verum nihil achtit hic heudos
Nec stafos goldo decoratos, steckit in hutum
Haudus ut ex koppo, fallatque ex bandile stafus,
Nec flous an Doctor sit fragit situe Magister,
Ille vel ad Backum vel se bene settit ad halsum (tũ,
Adque anglum scarpum, per dunnũ drucitat hu-
Vt fedrum dextra leva smitatque papyrum. (dam.
Ipse Ego dum schribo hæc, possum non hefferefre-

Pumphosios nunc upmato & sento undique flvos,
Nunc hosenbendros uplosо , & nadia circum
Kito, & non findo , mox quando rursus ad ipsos
Me seddo beutros, proh quam tunc plagere primum
Incipiunt: sæpe upspringo , propterque dolores
In stuba circumdantzo , tisoque sed illi
(O bòsi deiri) nihil hæc scheltwordia curant,
Sed quia lidendum est aliquid , lido illa sed absque,
Murmure non lido , nec eos Wegspringere lato
Cum krigo , mestum nemo , Wegschnidoque Koppum.
Anne flòo quisquam est in toto audacior orbe,
Non lopit quando drosseri steglide Kornum
Vthschlagunt , plagunt , ut vix arbeirere possint.
O kleinum deirum , tu non armensia spernis,
Agmina , Schweinherdos , Scapios , Wechtrosque tudentes.
Betleroſque armos misere per strata schreientes
Visere non dubitas : Schelmos Deisosque besorn
Cumque illis vitam latis cruce , ac sarlicte rad
O te felicem floe si vortelia nosses ,
Jnque rauchis bettzis tantum stoltisque wonere
Kleidris , in warmis hosis , sic tutor esses ,
Quam si bedleros miseros miser usque besokis (da
Nunc ut ad Wisras veniam Iung frasque beben
Quædam bereuramt quando non omnia possum
Flògia turba hominum generi non syndior ullat
Quam Wisris : Wisræ stridunt noctesque di
Deiris cum swartis , teinunt in krigia dira (qu
Vt sæpe blauto sittant : schreckibile visu ,
Sed multæ reliquas vincũt schelmstuckibus arg

Ampli

Amplius & didicere olim quam, fretere brotum,
Hæc quando ex doro lepunt ſub tempore faſti,
Atque coxantes peddenu horunt ex fontibus ützos,
Quos non audivere prius, tunc ſe, ſe Crützere dextra,
Incipiunt, ſwartoſque floos beſchwerere mortis,
Vt nitolopere, ſpringere trupere turba nigella
Cogatur Stubiß Kamris Bediſque ſaliſque.
Qui tantum wortis vinci potuere ſed illa
Dum ſiunt Deflo Duflus wegtri fit, & omnem.
Ex huſo pulicem. Sunt deinde ex jungfride turba
Que bittrum kakunt dranckum de flore lupini
Perq; omnes Kamræ wincklos non ſpargere ceſſät,
Donec mane flous pereat qui liggit in Erda.
Aſt reliqui lopunt per agros, baluntque virentem
Herbam, qua pulicum cepit pulicaria nomen.
Quam quando Sonus nondum de wolckibus altis
Schinit, per Kamras ſpargunt, tunc nigra caterva
Inſittie gruno folio, atque exugit acerbum
Saſtum, ut non valeat rurſus verlatere blatum.
Tunc nemit beſmum virgo wegkerit & herbam
Atque floum ſimul uthkerit, dreckoque bedeckit.
Quid memorem? Cordus doctiſſimus ille poëta
Nos exorciſare docet nigra agmina verſu?
Hic etenim ſchrifit ſepteno carmina libro:
Nec te nocturni pulicesque fatigent,
Hunc exorciſmum candide lector habe:
Manſula, corrios budiogoſma tarantula calpe,
Rhymmula dinari galba caduna trepunt
Hos novies lectum ſcanſurus concine verſus
Treſque meri calices ebibe quaque vice.

Quis dubitet verum nobis ceciniſſe Poëtam?
O vos felices Wiſras ſi talia vobis
Nota eſſent cunctis, non vel ſlous unus in Huſo
Bliferet: wordis, aut drancko, aut frutice bitter
Schwartes deiriculos ſtundo dodoretis in uno.
Sed quid de rickis dicam, ſplendente potentes
Auro, ſæpe ſloum vidi ſibi kruſtere grotum
Et ſeu captiuum helben ſi in ſchludere goldo,
Vt tandem upgefat tenebroſo in carcere geiſtum
Quid vero Wiſræ quæ non didicere volantes
Arte ſloos kleidris, ipſiſque uthdrifere beddis,
Hæ ſæpe erregunt cum deiris, krigia grota,
Nunc kragium uploſunt, & evekunt titia circum.
Nunc tengunt magis & wiſunt ſua ruckia blotu
Vt fengant ſchlagantque ſloos, nunc ſcurere lendos
Incipiunt, handos ſubſtectunt ſcortiſque beiniſque,
Quid ſeggam? ſæpe & ſoccos detrectere futis
Vidi illas rockumque updeckere & undique ſoccu
Nunc huc nunc illuc beſcukere, ſtrickere ſeutos,
Nanq; ſciunt Wiſræ, quod gernetn ſoceine wo
Nec quando in Wultã ſemel in ceſſere rugosã (nam
Hinc poſſunt facili rurſus wegſpringere, jameu
Affertur ſoccus, Deus ô bone quanta ſloorum
Agmina mit brengit, veluti ſi ſemine ſwarto
Eſſet Conſperſus totus. Tunc bella videres,
Tunc angſtum magnum drifit captiva ſloorum
Turba, atque arbeitet toto cum corpore, ſnaſlu
Vtreekit, beinos ad ſaltos ſettit adholtit
Wolla vel eludit, tunc ſengunt ordine Wiſræ
Nigrantes ſchelmos, & tollunt banckio in ha
In diſcumve, hic hi mordunt, handiſque tremen

invahiunt ſettunt niglos in corpora ſwarta,
Et gnichgnackſpelunt, ut circum blautus in Erda
Fleirat, nec prius uphorunt, niſi tota caterva
Tradita ſit Dodo. Tunc leggunt agmina tanta,
Vitam qui latuere ſuam, ut wegrapere poſſes
Handis, ſed beſmo wegkerunt, ſæpeque fallunt
Ingentem moldum, ſchudelumve & flumine mergunt.
Quid memorem jungfras, megdaſque? ſchonuntne vigillis (fas eſt,
Deiriculis? ſchenckunt vitam? non ſchenhere
Ajunt Nam quando debent hæ ſpinnere Wockum,
Vel quando Holnadium ſcarpis uthnehere nadlis
Sittunt, nulla illis Freda eſt, ſit ſwartus in buto,
Huto molliculo flous & ſe ſanguine mekæ
Fullit repletus per kleidros ſpringit & huppit,
Vexeritque adeo, aut Iungfræ ſeque abſque pudore
Vprapant ſeſe & Beinos, Bauchumque bekickant,
Et ſcurant, donec paulum Wehtagiâ cedant.
Sæpe etiam Cragium upmakunt & Titia runda
Defendunt, arcentque floos ne ſnaſlide lædant,
Et blautum uthſugant. Namque hic embehrere multum.
Non poſſunt: Eadem Megdæ faciunt, & ad unum
Si fieri poſſet, vermos ad tartara nigros
Proſicerent. Vidi quaſdam, non lego Gaſellas,
Si quando vaccas hero nachdrifere vellent,
Solo himbdo indutæ poterant non hiffere fredam,
Nunc bando inruckum ſulebant nunc ſua neglis
Titia cranzebant, nunc lendos, nunc Knigioſque.
Nec ſcio quid reliquum ſchurebant torve tuentes.

Hæc ideo vobis ô fratres ſchiko fideles
Sæpe ut denckatis, gutumque lefhatis amicum,
Et quoties bitunt vos nigri ſchnaflide deiri,
Et quotiet handis veſtris ingripitis hoſos,
Fengere nempe floos, tales effundite wortos:
Iam flous, Hamburga quem ſchickunt urbe politus
Oldus Bekandus, blodum me ſteckit in hudum,
Scilicet ut denckamque ſui, denckamque jocorum
Puſſorumque ſimul. Denckam ergo, cedito rurſus
Parve floe & noſtrum miſere quoque plage Bekantum
Frundum, ut ſit memor & nullis vergetiat annis
Noſtri, ſic durat Frundſchoppia. Nunc is & uthe.

Diſpu-

Disputatio Phisiologistica.

DE

IURE ET NATURA

PENNALIVM.

Per multas quotidianas decisorias conclusiones, cum valentiis & fallentiis, ex generali Universitatum Studenticarum styli observantia collecta.

Ad bonum omnium modernorum practicantium in foro vexatili tam Activè quam Passivè versantium.

Quam Præsidente.

ONVPARIO PALÆOTTO, *Pennalium Cardinalis ordinis Crucigerorum & miserabilium personarum in curte Regali advocato famosissimo?*

Excutiendam proponit.

D. N. *LVCAS DE PENNA*, Utriusque Grobianitatis Candidatus, studens pro tempore in studio juristico apud Formalistas in Academia Actuarisensi.

THESIS I.

PRo declaratione rubricellæ facio vobis notum, quod duplici modo conducat hæc doctrinalis materia. Vno modo ſtudioſo, ad quod faciendum obligetur, quia turpe eſt homini ſtudioſo jus & naturam pennalium ignorare cum quibus verſatur. Altero modo pennali ad quod patiendum teneatur. Quia etiã ſi illud neſciat, hoc tamen ſibi non eſſet proſpicuum. Nam reſpondetur ei, quod hæc eſt ignorantia juris quę neminem excuſat: & quod paria ſunt, ſcire & ſcire debere; hinc allegans propriam turpitudinem in tali caſu non eſſet audiendus.

2. Ideo decrevi in præſentia quaſi in breviculo comprehendere, omnes intrinſecas, & extrinſecas qualitates & aſtutias pennalium, & ad quid ſtudioſis obligentur: Item actiones inde competentes tam directas quam contrarias, tam civiles quam pennales, quas poſſitis ſequi in fiducia in practicando. Quia magnus eſt error circa hos modernorum tam quo adexceſſum, quam defectum.

3. Et quia in omni materia ſcibili debet in principio declarari quidditas entitativa ejus rei, quæ venit in ſcriptionem; Ideo ponam vobis ob oculos formalem definitionem pennalis ſecundum longitudinem, latitudinem & profunditatem ſuam.

4. De-

4. Definitur autem quod sit *animal brutum habens neque modum, neque mensuram rusticitatum suarum.*

5. Et dicitur Pennalis ab abjuncto proprio, qui assuetus est gestare pennas in theca sub cingulo suo ad excipiendum omne verbum, quod cadit ex ore præceptoris sui.

6. Et notate, quod nomen hoc fuit valde bonum & honorabile; quia & idem cum Scholari, & nemo dicitur erubescere ob id quod est sui officii, quod est adeò necessarium, ut quod militi est in bello hasta, hoc est clerico in schola penna. Sed hodie propter quosdam magnos Monseuros; qui non sunt multum studentes; sed tantum sunt ambulantes basilicè in stratis cum gladio tanquam ad guerram, & ideo despiciunt scholares qui non sunt sibi similes; Vnde factum est id nomen odiosum, nimirum in tantum ut pœnè habeatur pro infami. Verùm plus obtinere dicitur in rei veritate quam quod est in opinione.

7. Humanistæ juvenalem vocant, vocabulo leniori tristitiam rei mitigantes, & hoc dupliciter; Vno modo univoce; quia recens venit ab ubere matris suæ, & non est diu, quod positor dedolavit eum, & labra sua sunt glabra, nimirum ut appareat quasi modo genitus, vulgò Neovistus, *Ein Rabschnabel* Germanicè.

8. Altero modo æquivoce, quia est Juvenis quoad vitam Academicam; licet non

quoad vitam ſcholaſticam, quia diu ſedit in primo ſcamno primæ claſſis, & ſolitus eſt proxime ire ante præceptorem, quando deduxerunt funus; Et qui eſt veteranus gerens barbam tres ulnas longam ſicut caper.

9. Sed pro majori intelligentia deducam vobis aliquot pulchra collectaria & apoſtillas definitionis præmiſſæ: quia utile eſt hoc, & facit ad multa ſingularia.

10. Et primo advertite, quod dico in definitione animal brutum: quia ſcriptum eſt: pennalis indomitus eſt veluti laſcivus vitulus. Non enim poſſunt ſe accommodare ad mores burſaticos, quia de iſtis ſubtilitatibus non quilibet guſtabit aſinus. Et animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſtudioſorum, Et eſt ei ſtultitia, & non poteſt id in groſſo ſuo cerebro concoquere.

11. Et licet aliqui quoad hoc teneant contrarium dicentes ſecundum viam Thomiſticam & Scholaſticam, quod animal in quantum animal poſſit eſſe tam bene fundamentum in ſcientiis, neque tam experimentatum in poetica, neque tam zeloſum in concionando, ſicut eſt Pennalis, tamen eo non obſtante dicite, quod hoc non eſt abſurdum in terminis logiſticis, quia fictione juris habetur pro bruto, quoad infuſitatem ſuam.

12. Qua occaſione quæro: an Pennalis poſſit ire ad virginem, & reſpondetur, quod multa permittuntur quæ ignorantur, quæ tamen

tamen non conceduntur si essent obvia.

13. Igitur quæro; si de facto pennalis sedeat apud Virginem, an teneatur surgere, & eam studioso cedere? Videtur quod non, quia qui prior est tempore potior est jure. Sed vos contrarium determinate; Quia Pennalis non habet legitimam personam standi in conspectu studiosorum, & hoc est tutius propter periculum tumultus.

14. Sed si Pennalis peritior est cochleando ita ut virgines malint apud ipsum sedere, quam apud studiosum? Licet præsumptio stat pro Pennali quod ex diuturna actione contraxit habitum, tamen nolite hoc virginibus indulgere propter lubricum consilii: Quia præsumuntur laborare contra propria commoda. Tum quia est res mali exempli.

15. Vlterius quæro: An Pennalis possit gestare aureos annulos in digitis suis, aut plumas in vertice, aut gladium ad latus? Quia Pennalis est incapax omnium dignitatum studenticarum, & non habet jus aureorum annulorum, sed debet pro gladio virgas, ut cuique suum tribuatur, & omnia fiant decenter, & ordine in republica.

16. Et licet id de facto quidam facere præsumat; tamen hoc non dicitur vobis præbere scandalum; quia tempus degradationis suæ nondum venit. Nam ad extremum cadit omne malum super proprium caput suum, & tunc coguntur deflere, ordinamenta sua in sacco & cinere.

 17. Ideo

17. Ideo dabo vobis bonum consilium, qui estis adhuc in statu innocentiæ, ne præsumatis affectare, quod vobis non debetur, aut videri quod non estis. Quia mendaces sunt filii Diaboli: & melius est alienum nomen non assumere quam assumptum cum infamia deponere.

18. Et pro hoc suggeram vobis sententiam definitivam, quæ fuit lata in causa magni cujusdam stutzeri, qui gerebat se publicè pro studioso & ibat per plateas plumatus & gladiatus & habebat magnum adspicere, & virgines urbis pendebant ab ore ejus: quia postea innotuit, quod adhuc esset *bacchans*, passus est status quæstionum, & degradatus est, & fuit ruina ejus ingens valde; & traditus est in manus depositoris, donec persolveret extremum quadrantem. Quod tenete mente quia possit adhuc de facto contingere.

19. Sed revertendo ad definitionem dico ulterius; *Habens neque modum neque mensuram rusticitatum suarum*, ut distinguatur à bacchante. Quia hic cogitur habere suas scurrilitates in freno propter ferulam; quia delictum suam habet paratam executionem sine ulla appellatione.

20. In simili debetis annotare, quod dicit quidam antiquus glossator, quod Pennalis est fex studiosorum, videns sibi multum, pectus gerens stultum, caput sine fronte, mucro sine acie, multos adhuc in crinibus gerens ramos

de

de cornubus. Et hoc bene perpendite, quia est profundum nimis & habet in se multa doctrinalia.

21. Vltimò volo vos advertere, quod Pennalis quoque dicitur monstrum, quia natura quando voluit eum facere studiosum aberravit, & fecit eum pennalem; & ideo dicitur studiosus occasionatus. Sed ob hoc nolite tristari vos juniores, quia natura, nihilominus possunt ad finem suum pervenire, remoto obstaculo; Quia eodem modo dissolvitur, quo quid colligatum est.

22. Nunc ex prædicta lectura vos observate quasdam notas physicas, quibus possitis pennales à studiosis discernere. Quia Reipubl. interest publice tales homines à quolibet agnosci, & hoc non erit vobis admodum difficile, si adferatis attentionem. Quia aures Midæ possunt quidem tegi ad tempus, sed non in totum abscondi in cappa.

23. Pro primo notabitis, quod Pennalis est natura tenax & avarus, in tantum ut citius digitos suos è manu sua amittat, quam unum nummum è bursa. Quia dicit ex sua Grammatica quod est magnum vectigal parsimonia. Et tenete mente: quia est unum necessarium requisitum & proprium in quarto modo.

24. Et pro hoc referam vobis unum pulchrum exemplum de quodam Eremita, cui, cum privataret popularis suus superveniens,

par-

partem farciminis abscidit, ipse ivit ad Rectorem plorabundus postulans ut hoc per triduum jejunaret in carcere.

25. Ideo rationabile est statutum quo talis depositori juramentum præstare, quod non velit pecuniam ex Academiis secum domum ferre: quia si non hoc esset ipse fieret unus mercans, aut Judæus fœnoraretur super pecunia sua, & congereret grandes divitias, & ita in totum non intraret in regnum cœlorum.

26. Sed ego audivi quendam fundamentaliter contra arguere: quod hoc argumentum non est servandum; Quia vi & metu esset extorrem, & esset contra bonos mores, & invitaret juvenes ad profusionem: quod remitto ad Theologos, quia est res spiritualis, quæ concernit animæ salutem.

27. Pro secundo notabitis, quod Pennalis est valde attentus ad rem, advertens graviter quæ non sentias: Et ideo abscondit argentum sub stramine culcitræ suæ, & unus obulus est ei totus mundus. Et in symposio numerat omnes hauftus canthari, & nemo possunt sibi ad curram facere: quia filii scholæ sunt prudentiores filiis Academiæ.

28. Et circa hoc volo vos admonitos, ne cum illis eatis in cauponam, aut vobis imputetis, si quid metunt, ubi non seminarunt, & bibunt quod non solvunt. Nam tolerabilior est ejus prudentia & crumena, quam impudentia in cute. Nec enim quicquam faciunt pro-

propter naturam ſuam, quia Pennalis turpiter facit, quia eſt Pennalis: non verò turpiter gerit, quia eſt Pennalis.

29. Pro tertio notabitis, quod Pennalis amat occupare primas ſeſſiones in menſa, & non vult videri ultimus: quia eſt adſuetus diſputare propter primum locum ex regulis Syntaxeos, vel ſyllogiſmis Dialecticæ, ubi dedecus eſt & plagabile eſſe ultimum. Et talis conſuetudo eſt ſibi altera natura. Nec poſſunt facilè ab ea recedere, quia omnis ſubita mutatio eſt periculoſa, ut dicunt Medici.

30. Ideo vidi quondam, qui poſtulabat à Magnifico certum ſibi locum in Collegio & apud menſam aſſignari: quia dicebat omne bonum conſiſtit in ordine, & quod eſt magna confuſio, ita doctos inter indoctos ſedere ſine aliqua prærogativa.

31. Pro quarto notabitis. quod in conviviis ſolet carpere lautiſſimos bolos è patinis, & eſt valdè diſcretivus in eligendo cibo, & renes cum adipe ſunt ei delitiæ ſuæ, quia eſt adhuc delicatus puer, & non eſt diu quod venit à mammillis matris ſuæ, & mater ſic docuit eum & renes dant ſibi vires apud Cortiſanas ſuas.

32. Pro quinto notabitis, quod ſemper vult haberi primus apud virgines, & puellæ diligunt eum; nec alius quiſquam audet eas comitari ad ſecretum, & anitergia præbere, & matulam effundere præ illo in tantum, ut Heroes

roes ſuos eligent ſolos Pennales, quia poſſunt decenter cochleari, profunde baſiare, & viriliter manum movere, & pulchras galliardas ſaltare, & ſibi facere bonas curraſias, cum citharis cantilenis ſuis.

33. Et declarabo hoc per exemplum, quod meo tempore contigit in Virgine; quæ multos & veteranos ſtudioſos habuerat pro amaſiis, & poſtea tamen elegit Pennalem in maritum, quia iſte erat vir ſecundum voluntatem ſuam, & ſpiritus ſingularis erat in eo, & poterat fortia prælia præliari, & ſtudioſus à multis annis non erat ei ſimilis in gratia & virtute.

34. Pro ſexto notabitis, quod Pennalis eſt audaculus & rixoſus valdè, & provocat ad cambionem unumquenque, & vult ſe cum omnibus palliſtare, & putat quod nemo eſt fortior ſe. Eſt enim benè experimentatus in ſchola ſuper ſummo, quia poterat virgam præceptoris ſui comprehendere, & caligas è manibus calefactoris ſubtrahere, aſſerendo ſe in libertatem, & nemo audebat dicere: Quid facis?

35. Pro ſeptimo notabitis, quod Pennalis eſt meticuloſum animalculum quoad ſtatum ſuum. Quia putat quod quilibet ſcriptas habet in fronte omnes iniquitates, unde Poëta ait.

Pennales animos timor arguit.

Et ideo ſi fiat mentio ſtatus ſui, ſedet tacitus,

tus, & non audet attollere oculos suos, quia est peccator magnus: sed percutit pugno pectus suum, dicens: O Domine, sine hunc annum abire in pace & festinatione?

36. Pro octavo notabitis, quod est bonus latinisator valde doctus & sapiens, & eruditio pendet ei ex naribus & ore sicut vermes; quia per multos annos fuit primanus, & dudum contrivit Grammaticam totam sub calceis suis, & omnes potest Metaphysicos terminos recitare ad unguem, tanquam Pater noster, & scribere commentaria super Euclidem, disputare pro & contra in summa Philosophantium corona, & multa paradoxa statuere contra B. Priscianum & Aelium Donatum. Et nemo est qui possit spiritui suo resistere, & ideo possunt Magistrum sumere quando libet.

37. Nono notabitis, quod Pennalis est valdè superbus & insolens, & nemo potest sibi comparari quoad authoritatem suam; Quia scientia parit cristas & producit grandes Spiritus; ideo comparate eum pavoni, quia turgescit quando doctrinam suam adspicit, tristatur cum statum suum recognoscit; Quia res ferox & res submissa est pennalis.

38. Decimo notabitis, quod Pennalis est valdè disputax, & in conversando vult ad omnia respondere, interrogatus & non interrogatus, & unumquemque confundere in sermone suo, & nemini cedere, ne quidem Diabo-

lo.

lo. Quia pulchrum est digitis monstrari & dicier hic est. Et scientiæ non visæ ut thesauri absconditi nulla est utilitas. Ideo scriptum est: Luceat ars vestra coram studiosis, ut videant bonum intellectum & manifestetur gloria vestra & nomen vestrum.

39i Vltimo notabitis finaliter, quod Pennalis est homo loquax dicax, mordax, vorax bibax, rapax, tenax, scapax, in tantum ut omnia in Ax sint generis Pennalis; qui in scholâ cum TAX, TAX, sonaret in tergo suo inde impressa sunt sibi monstrosa vocabula.

40. Et hoc tenete fideliter menti, quia unum ex his est vobis sufficiens commonstrare quem quæritis, & tunc signate vos sancta cruce & dicite. A tali Pennali libera nos DOMINE.

41. Pro cautione tamen volo vos scire, quod Pennales quidam sunt multo astuti circa hoc ut nævos suos occultent. Quia quilibet præsumitur honori suo consultum velle: Ideo ex circumstantiis multa actori relinquo, sunt enim hæc facti, quæ cum infinita sint, non possent in unam regulam generalem includi.

42. Sed quia inter pennales & ingenia eorum varia est differentia ideo debetis meminisse quod secundum Magistralem distinctionem gl. vulgaris. Pennalis est vel animorum vel morum vel temporum & morum simul. Ex quibus posteriores, omnium deterioris

sunt

sunt conditionis, quia ex illorum statu nulla est redemptio, in tantum ut ad extremum in eo possint promovere in porcum. Quia senex Pennalis bis Pennalis: Et veterana mancipia non facile est reformare ad meliores mores.

43. Pro his est bonum remedium quod dicit Scriptura: Indica fratri tuo errores suos, & reduc eum ad sanitatem ut desinat à malo, & faciat bonum. Et si tu hoc solus non posses facere, assume alios ad *TE*, qui sunt fortiores te. Qui si nihilominus noluerit vos audire, tunc fustigate eum: Quia sua interest, ne moriatur in delictis suis.

44. Et tunc cum eo nulla est compassio habenda: Quia præsumitur potius consuetudine peccare, quam ex imbecillitate labi, immo ipse vobis habebit aliquando multam gratiam, & dicet: Bonum est, quod humiliastis me, quia postquam vexatus sum egi pœnitentiam.

45. Nec enim dicitur propter id irasci, quia amicus ex mente debet perpendere voluntatem amici, & nemo præsumitur eum vexare ex quo diligit amicum suum, reprehendit eum.

46. Immo ne cui officium suum sit damnosum, tenetur ei quandoque vocationem dare, & facere sibi amicos cum Mammone injusto, ut se recipiant aliquando in ordinem suum.

37. Et hoc faciam cum bona gratia: Quia hila-

hilarem datorem diligit Deus. Et ſcriptum eſt, Pennales eſtote ſubditi ſtudioſis, & nolite murmurare contra eos, quia modici temporis afflictio transfert vos in diuturnam requiem. Et tunc quod quiſque juris in ſe aliis conceſſit, idem ab aliis viciſſim poſtulabit.

48. Sed quæro? Si Pennalis nolit hoc pati, an tunc poſſit ſe actori opponere; & concludite quod non: Quia injuſta eſt defenſio, ubi juſta eſt offenſio. Eſt enim Pennalis in prædicamento paſſionis, & ideo patibilis qualitas debet eſſe in eo, & de eo prædicari multiformiter.

49. Quod ſi Pennalis eſt duræ cervicis, & incraſſatum eſt cor ejus, & frons exuit omnem pudorem, ut non intelligat ſubtiles terminos? Tunc quia nemo tenetur divinare alterius ſermonem debet ſibi dici per directum, quod per indirectum non poteſt capere.

50. Sed quid ſi multa quidem meſſis ſed pauci operarii? & dicendum quod nemo debet ſe ad hoc excuſare, quia qui patitur pennaliſare pennaliſantem, is vires adminiſtrat audaciæ, & talis cenſetur pennaliſare cumeo.

51. Immo qui hoc facit, habebit aliquando mercedem ſuam, quia qui reducit errantem in viam facit opus miſericordiæ & charitatis.

52. Sed quæro: Si ſtudioſus fuit olim ſuus optimus frater, & iverunt ſimul ad unum amicum, & fuerunt Collegæ in una claſſe;

classe; an tunc possit illum transjuvare ne vexetur? Quod negate in totum, quia hoc publicam caussam continet, & Reipublicæ interest, ne delicta maneant incorrecta. Immò talis fieret prævaricator, & incideret in pœnam ICti Turpiliani.

53. Circa hoc tamen suggeram vobis utile consilium, ne acerbe nimis eam potestatem exerceatis, quia modica tantum correctio vobis concessa est, & nimia sævitia culpæ annumeratur.

54. Nam quandoque miseris venit in præcordia virtus, & tunc habes pugnos & malleos, & bajulant ut rustici, neque possunt dare plagas ad mensuram, quia sunt agrestes nimis; & hoc vult vos annotare, ne cum detrimento & post facto sapiatis, sicut id sæpe in foro nostro vidi præcticatum cum dolore.

55. Prædicta observat etiam quoad secundum genus, quia isti debent ejus naturæ æstimari, quæ magis in eis prævalet.

56. Quoad temporales vero major occurrit dubietas, an debeant immunes esse ab omnibus oneribus vexaticis. Quod videtur, quia tempus non est modus inducendi delictum, ideo non dicitur graviorem esse pœnam, quàm fuit culpa.

57. Sed vos contrarium determinate, quia præscriptionis tempora præcise servanda sunt, nec sufficit unum adimpletum ubi duo conjunctim requiruntur. 58. Va-

58. Vnde pro declaratione prædictorum resolvam vobis aliquot pulchra notabilia, & quæro primum : An quoad hoc vexatio sit justa ? Videtur quod non. Quia est injuria verbalis, quæ ejus existimationem apud bonos viros & pulcras puellas gravat. At nemo debet alterius pacto prægravari.

59. Contrarium tamen sequimini : Quia est utilis & dat intellectum, ut habet vulgaris Theoria, & est quasi purgatorium mundanum per quod absterguntur omnes maculæ pennalitatis, donec completo tempore perveniat ad studiositatem.

60. Præmissa conclusio ampliatur, & extenditur, ut etiam procedat in eo, qui est ultra vulgarem modum doctus in tantum, ut possit unam septimanam magistrare, & post duos menses doctorare ; quia doctrina non mutat statum.

61. Immo licet præsumatur talis, habere omnes regulas Ramisticas in scrinio pectoris sui, adeo ut de ejus eruditione dubitare sit instar sacrilegii : non tamen præsumitur scire notiones primas & secundas, quia ista sunt Arcana Academarum, quæ non cadunt in Scholares.

62. Secundo ampliatur & concludit in eo, qui est nobilista vel Cortisanus, licet enim talis habeat aliquam præeminentiam quoad jus civile, non tamen etiam quoad naturale: quia natura omnes æquales fecit, & communi

vitio

vitio commune eſt remedium: immo Nobiliſta, qui peccat, duplici pœna puniri debet propter exemplum.

63. Tertio ampliatur, ut etiam valeat in eo, qui eſt admodum civilis, & poſſunt facere virginibus pulcras credentias & ſubtiles baſimanus, & nudat caput ſuum pro omnibus: quia licet ſciat ea quæ ſunt communis civilitatis ex geſto ſuo, non tamen etiam ea quæ ſunt conſuetudinariæ localis: quia quilibet præſumitur ignorare ſtylum alieni fori.

64. Sed quod ſi etiã æmulari affectet? dicite quod Iura conſtituantur ex eo, quod ut plurimum accidit: non ex eo quod raro; & quod ſemel aut bis accidit, non attendunt actores.

65. Quarto ampliatur & deciditur in eo, qui ſolet dare vocationes, & vult videri magnificus, & oſtendit ſe præter naturam liberalem: quia nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit, & talis ſe potius quam alium reſpicit: ideo dolus dolo vindicandus eſt.

66. Sed quid? ſi fuit Baſſiſta, aut Teniſta, & potuit graviter infirmas voces murmurare, velut unus frater cappatus in choro, vel leniter diſcantum fiſtulare, ut virgo 10 annorum: vel ſi in totum fuit præfectus in cantoria, vel carenda? Ad hoc idem dicite, quia tales præſumuntur imperioſi, eo quod multos habuerunt ſub baculo, & quando dixerunt uni, cane, cecinit: & alteri Solmiza, ſolmizavit.

67 Sed

67. Sed si sit magnus Signior apud Damascellas, ut periculum sit, quod taliter vexatus cadat per corbem, & perdat omnem amabilitatem suam. Tunc mitiorem sententiam amplectimini, & quia talis præsumitur multa sibi ab iis acquisiviſſe clenodia, non debet multum torqueri, quoad vexationes, sed magis visitari quoad vocationes.

68. Supradicta conclusio limitatur & restringitur, vt melius procedatur cum eo, qui pœnè tempora sua adimplevit. Quia cingendus habetur pro cincto, & desinit esse miles vitiorum, quia factus est miles virtutum.

69. Adhuc limitatur, ut non procedat quoad extraneos; quia quoad hos pennalis censetur legitimus, ideo contra hos debet honorem suum defendere usque ad cutem & sanguinem, quia vita & fama pari passu ambulant.

70. Vnde incidenter quæro: An Pennalis sit honoratior Schmutzone? Omninò dicite quod sit: Quia quod studiosus est inter pennales, hoc est pennalis inter pices & amplius.

71. Facit quod pices illi sunt infames quibus non patent portæ dignitatum; quia in malitia sua devorant sanguinem studiosorum, unde dictum est: Oquo vadit anima picis! Sed quæstio hæc est minus dubitabilis, ideo supersedeo eam latius declarare.

72. Nunc revertendo ad priores terminos: an Pennalis pro tali vexatione posſit studiosum ad

fem ad guerram vocare? Quod videtur, quis crudelis est, qui famam suam negligit. Sed hoc nolite sequi, quia pennalis præsumitur inhabilis ad pugnandum, & virgas magis quàm arma tractare posse.

73. Et licet videatur habilis de facto propter robustitatem, tamen est inhabilis, & de jure debet gladio privari & virgis onerari: Quia qui gladium sumit, peribit cum eo. Et hoc observat totus mundus.

74. Quæro ulterius: an possit agere de injuria verbali, puta quando sibi dictum est pennalis; Dicite quod non, tum quia est animal, in quod nec jus, nec injuria cadit, tum quia veritas convitii satis excusat conviciantem.

75. Sed quid si sibi facta est iujuria realis, puta, quod est fustigatus in foro, aut bajulatus in plateis, aut inundatus in aqua? Et videtur negativa amplectenda: Quia pennalis est servus, & ideo capite non minuitur, qui nullum caput habuit.

76. Sed vos amplectimini distinctionem legalem: quia si id fiat in eo loco, in quo ei nullum jus fuit versandi, aut ambulandi, maximè si alter proclamavit, ut abiret, neque ille abivit, sed reclamavit: Tunc damnum quod ipse accersivit, ipse mulctabit, & sibi imputabit.

77. Quid si id fiat in sua domo, ubi dedit vocationem? illud dicendum est, quia est cuique domus tutissimum refugium est: Et

nemo dicitur duplici damno onerari; nisi fortè ibi fuit valdè importunus & inutilis, & voluit habere magna verba solus, nec dare Cæsari, quæ sunt Cæsaris.

72. Quæro iterum: An possit se pennalis vocatione liberare à vexatione; Licet de subtilitate juris rigorosi id non videatur concedendum; tamen vos utilitatem æquitatis sequimini: quia ignoscendum est ei, qui sanguinem suum taliter qualiter redemptum voluit.

79. Sed quid si sit valdè obæratus, & non habeat multos obulos in bursa? Tunc adhibete cautelam, ne vos decipiant: quia sunt astuti valde in occultando thesauro suo, ideo non debet talis excusatio facile admitti, nisi præstito juramento paupertatis, quia nemo præsumitur vacuus ad peregrinas regiones migrare; maxime si sit charus filius, vel cecinit in cantoria.

80. Si tamen hoc de facto contingat: tunc quod non habet in ære, luat in corpore; & sic vexetur bene, quia non persolvit plenè. Quia licet prædictus puniatur mitius quoad pœnam pecuniariam, quàm alius bene nummatus debet tamen puniri gravius quoad pœnam corporalem, & ita servatur in praxi.

81. Pro cautione tamen notate. quod tales interdum habeant privilegia miserabilium personarum, si sunt valde lamentabiles; quia tunc satis ipsa paupertate premuntur, afflicto non est addenda afflictio.

82. Sed

82. Sed quid si sit valde simplex, ut non possit unum puerum offendere, & habeat magnam devotionem, & eat precabundus per civitatem? A talibus cavete vobis, quia veniunt ad vos in vestitu ovium, sed intus sunt lupi rapaces, & habent Diabolum sub cappa sicut frater aliquis pœnitentiarius.

83. Sed quid si Pennalis lateat & non faciat sui copiam? Tunc si non potest haberi de die, solet visitari de nocte, & interdum cum Musica instrumentali cantari sibi unum bonum carmen, ut exeat sonus in universum Museum; Resonet in laudibus, cum jucundis plausibus.

Vitrum nostrum glorioſum
Per omnia kling klang klangerum.

Et hoc de consuetudine loci, licet jure destituamur.

84. Circa tamen hoc estote providi, ut faciatis id cum moderamine, & in occulto ne habeatis mercedem vestram in propatulo, quia posset hic allegari pacis publicę turbatio, cujus pœna est Bannum, quod parit multos & miserabiles Cornelios in cerebello.

85. Nunc ad extremum tradam vobis modos, per quos dissolvitur pennalismus, quorum primus est: Præscriptio, quia de jure Saxonico, si pennalis vivat in studio Academico per annum & mensem unicum; talis præsumitur didicisse mores civiles & bursaticos, & ideo habetur pro studioso, nisi mores fortè contrarium suadeant.

86. Dico utilem, ut ſupputetis tempora climactericè, ex quo ſtetit in Academia animo ſtudendi, non verò commorandi tantum: ne alioquin is fiat ſtudioſus, qui per naturam ſtudioſus eſſe non poteſt.

87. Item ut intelligatis id tantum valere in præſentes. Quia quoad abſentes non valet præſcriptio, etiam ſi tempus interveniat, cujus initii non extat memoria.

88. Circa hoc quæro: An Pennalis diſcedens ante completum ſpatium ex Academia, poſtea reverſus nihilominus habendus ſit pro ſtudioſo? Et decidite diſtincte: Quia ſi in continenti, redeat, tunc habet jus poſt-liminii, & dicitur tempus, quod abfuit, ſuppleri alio tempore ad duplum, ut ita procedat præſcriptio.

89. Si verò ex intervallo, tunc quia cenſetur interrupta præſcriptio debet tempus ſuum de novo inchoare, & ita ad ſtudioſitatem pervenire: quia res devenit in eum caſum, à quo incipere non poterat.

90. Quod ſi in totum domi remaneat, & fiat ibi Magiſtellus, aut Baptizans, vel Vxoratus: tum per fictionem Leg. Cornelii cenſetur nunquam in Vniverſitate fuiſſe, & ita in ſtatu ſuo mortuus.

91. Iterum quæro: An Pennalis poſſit deponere pennaliſmum in Patria? Sed hanc quæſtionem ſuper ſedeo determinare, quia eſt ſalebroſa nimis.

92. Se-

92. Secundus modus est emancipatio, puta si Pennalis sit valde acceptabilis apud Virgines, & sciat gravitatem Academicam tenere, potest talis vocationem dare aliis studiosis, ut absolvatur à peccatis suis, & emancipetur à pennalismo.

93. Et ad hanc requiruntur certæ sollennitates, quia debet Virgo aliqua primaria, quæ ejus rei scientiam habet, in judicem eligi, & debet præter alia cognitio causæ intervenire, an persona supplicans sit habilis ad hanc dignitatem. Quo examinato debet Pennalis ante virginem super genua procumbere præstando ipsi juramentum, quod velit Pennalem exuere, & induere studiosum. Sed hic modus est valde periculosus, quia una solemnitate omissa totus actus annullatur.

94. Quæro tamen, an talis bullatus studiosus censeatur quoque legitimus, quoad alios qui non fuerunt in vocatione & absolutione? & dicite quod, quia privatorum pactis jus publicum inverti non potest.

95. Tertius modus est, Legitimatio per subsequens Magisterium, puta si Pennalis intra annum fiat promotus Magister aut Baccalaureus, tunc enim habetur pro studioso; quia cum infamibus portę dignitatum non pateant, censetur per istum honorem abolita omnis macula pennalitatis, & per Magisterium purgata omnia antecedentia.

96. Sed tamen quia talis fecit contra jura-

mentum ſuum, quod dedit Depoſitori, ideo debet ſuper eo gratiam facere dando ei vocationem, ut anceps periculum perjurii evitetur.

ñ7. Vltimus modus eſt legitimatio per Reſcriptum principis, puta, ſi princeps aut alius qui famæ habet reſtitutionem, det alicui hoc privilegium, quod non debeat eſſe pennalis, & hoc publico diplomate teſtatum faciat, debet hæc voluntas principis pro lege ſervari; quia videtur reſpexiſſe ad doctrinam & merita perſonæ. Et ideo qui vocat eum pennalem, Committit crimen læſæ majeſtatis.

98. Sed quia tale privilegium non præſumitur violari, ideo debet Bulla ſibi data præſenter inſpici an expreſſe ſcriptum ſit, quod talis non debeat vexari, & tunc tenor ejus circa hoc ſervandus eſt. Si verò hoc non ſcriptum ſit, ſed tantum ſimpliciter indultum, quod non debeat eſſe pennalis; Tunc poſſunt nihilominus vexari. Quia cenſetur Princeps ſe conformaſſe ad juris communis diſpoſitionem & non voluiſſe uti plena poteſtate.

99. Pro additamento debetis ſcire, quod hodie per Nov. Conſtit. omne jus vetus circa pennalem abrogatum eſt, per quas omnes Beani naturalibus reſtituuntur ita ut ſtatim à primis depoſitionis incunabilis una atque ſimplex ſtudioſitas illis competat, id eſt eadem quam habent ſtudioſi à multis annis.

100. Dura quidem lex eſt, verum ita ſcriptum eſt, non tamen credo, quod practicatur

ab

ab omnibus quia ſtylus curiæ in viridi obſervantia poſitus, ipſa lege quandoque potentior eſt, unde fit ut Novella Leonis hodie in foro non attendatur. Circa prædicta haberem quidem aliquot adhuc pulcra notabilia, ſed quia odioſa ſunt reſtringenda, ideo remitto vos ad praxin, ut iſta omnia aptius ex ipſis rerum documentis in uſu quotidiano cognoſcatis.

Ad Mandatum regium cum Privilegio.
Procancellarius manu prop.

Explicit, explicuit, cætera praxis habet.

FINIS.

DISPUTATIO DE CORNELIO, ET EJUSDEM NATURA, AC PROPRIETATE.

Cujus Positiones

SUB PRÆSIDIO,

Ampliss. Famosiss. Clariss. Spectatiss. & celeberrimi Viri,

Dn. VESPASIANI CURIDEMI omnium facultatum Doct. in Illustri Gaudecapensium Academia.

Publicè proponit.

ZACHÆUS PERTINAX Hyerosolymitanus.

Habebitur disputatio in Collegio Medeo ad fontem Arethusæ, quoties lubet.

THE-

THESIS I.

QVanquam ſcriptitandi cacoēthes noſtri ſęculi hominesſupra modum intoxicavit, adeo ut omnes mercatorum, clericorumque Bibliothecę voluminibus farciantur, nemo tamen inventus hucuſque mortalium eſt, qui utiliſſimam de Cornelio materiam in apricũ eruerit.

2. Cujus rei cauſam nos contra Thelaugen, qui ſterilitatem pro cauſa adfert, in ejus difficultate ſitam defendemus.

3. Eſt enim nodoſa, cerebroſa, & rugoſæ frontis materia, ut rectè dixiſſe videantur Vltramontani, non eſſe eam bene fidei, ſed ſtricti juris.

4. Nos igitur de re literaria bonę mereri operam dantes practicabilem hanc materiam proponemus, ut huic labori addictis feneſtram aperiamus penitius introſpiciendi & meditandi.

5. Id quod nulla ratione aptius fieri cenſemus, quam ſi quis egregie pictus, hoc eſt ut Zonaras interpretatur, probè fuſtigatus, variiſque, coloribus à lictoribus ornatus, ſecum ſolus ambulet, in locis, quæ hominum frequentiam non facile admittunt, ibique crumenam ſuam ære vacuam aſſidue inſpiciat.

6. Quid autem ſit Cornelius, & unde dictus,

ctus, variæ sunt literatorum sententiæ, nullaque ad eo facultas est, quam non strenue Cornelius hic exerceat.

7. Theologi quidem in sacris bibliis hanc quæstionem non attingi affirmant, nec esse de talibus admodum inquirendum, cum plus satis sit, si rem ipsam habeamus. Qui enim Cornelium habet, non multum sollicitus est de substantia aut nomine ejus, quin retro ad causam ejus ut plurimum oculos flectit.

8. Iurisperitis Cornelius est defectus pecuniæ, qui ei, qui multum debet, facultatem satisfaciendi eripit, & eundem subterfugere facit, sicut & fugitivus indidem nuncupatur, in *l. 5. C. de recept. arbit.* Verum hæc definitio cum nimis sit angusta, recte explo-ditur à *Don. Anton. de Crampaignis tract. de fum. & stam. c. 6. n.* 194.

9. Neque vero cum Medicis facimus asserentibus Cornelium esse passionem animi, quæ contraria causa reprimitur: nec enim semper contrario repellitur Cornelius, quod videre est in irato verberato rustico adversarium suum demulcente pugnis, quem certe Cornelium habere nemo ibit inficias: hic si pulsari deberet ab eo quem ille tam castigat, in tantum per hos contrarium Cornelius ejus non tolletur, ut etiam augeretur.

10. Philosophi existimant illi Cornelium esse nomen inane sine re, ortum ex festivitate quapiam: Cum enim in comico loco

quidam

quidam Cornelii nomine, Conſcientiæ perſonam ſuſtinuiſſet, iſque ex ſcenis prodiens, chorum ſemper lætum inventum, ſubinde digrediens triſtem ac mærore plenum reliquiſſet, abiiſſe has affectuum vices in proverbium, ut quoties quis ſolito mœſtior eſſet, diceretur Cornelium habere. At hæc ſententia communiter improbatur, cum aliter in praxi edoceamur.

11. Nos igitur, utpote qui nulli facultati nos mancipamus (ſimile enim ſumus Achillilli Perſeo, qui de omnibus materiis æque feliciter diſſertabat) cenſemus Cornelium nec hominem ſimpliciter eſſe, nec ſpiritum. Omnino enim cum Lactantio ſtatuimus duo Dæmonum genera; cœleſtes & terreſtres: & putamus Cornelium eſſe ſpiritum corporeum ex atræ bilis copia conflatum, qui certis exacerbatus cauſis hominem inquietat. Vnde Germanicum illud ariolamur eſſe, quoties Cornelioſum quem contuentur, ut dicant, *Er ſchlägt ſich mit dem Teuffel.*

12. Derivato nomine à Græco *coreo*, id eſt, ſatio ſeu ſaturo, & *nelees*, id eſt, immiſericors, ſeu crudelis, dicaturque Cornelius quaſi *coreon neleos*, id eſt, crudeliter ſatians. Teſtatum enim experientia fecit, eos qui hac peſte onerantur, ita inhumaniter excipi, ut per unicum modo diem laborantes jam tum ceperit Cornelii ſatietas.

13. Cauſam efficientem ſi quærimus, non

unam reperimus, idque hac in materia mirum esse monet Hypocras Guidone *de sect. venar. c.* 7. Cum enim alias unus filius uno saltem patre possit gigni, hic tamen unus filius, id est, Cornelius pluribus ex causis, iisque separatis nascitur.

14. Pro varietate autem temporum & locorum, personarum item & circonstantiarum aliam atque aliam matrem agnoscit, Cornelius. In his enim est ex defectu pecuniæ: in aliis ex amore, in aliis ex crapula: in aliis ex verberibus, in aliis ex chartis lusoriis: in aliis ex melancholici humoris ebullitione, &c.

Sic nonnullos Cornelius invadit tempore matutino cum surgendum est, quo tempore etiam meditationes suscipi consueverunt de solœcismo pridie per vinum commisso; quosdam vespertino tempore cum caupo se diutius potum daturum renuit: alios post meridiem quando amica in horto relicta ad urbem redeundum: alios media nocte cum ad caveam, seu ut Romani loquuntur, ad carcerem migrandum.

16. Pari ratione quidam in conclavi suo Cornelium sentiunt, dum labores, libros, præceptores, & id genus aliud nugarum inveniunt, nonnullos autem compotores aut confabulantes; quidam in templo, dum concio nimium protrahitur; quidam in area nuptiali, dum amicam abesse suam comperiuntur; quidam in lecto, cum lectus denuo bibit,

bit, quæ ipſi ſub veſpere biberunt : quidam in foro dum amaſiam ſuam præterituram præſtolantur, quę tamen alii juncta patrono ægrotum hunc parum curat, hinc illæ lachrymæ, dolor, fletus & ſtridor dentium.

17. Quidam juxta alios incedentes, Cornelium inde concipiunt, ſi alteri ſuperiorem locum relinquere debeant, qui tamen longe & dignior & honeſtior eſt. Hi tam poſſunt Cornelioſi vocari, quam aſini & Cnolli, qui ſibi vel Fabiorum proſapiam vel Solonis ſapientiam imaginantur, cum tamen, ut Poeta inquit:

Non eſt in toto corpore mica ſalis.

18. Præterea has omnes nonnulli paſſim jugibus Cornelii ſpeculis, tanquam Furijs agitantur, eumque ſicut ædes teſtudo, adſiduè ſecum portant, quales ſunt ii, quibus fumus eſt in domo, id eſt, quibus mala herba, ſeu, ut vulgus ait, mala mulier eſt, Item, qui ad ſcientiæ & doctrinarum mercaturam in Academias ablegati, omiſſis literis alias ſibi merces, ut ſunt vinum, meretrices, alea, folles, equi, & id genus aliæ : comparant: & poſtmodo domum revocati à parentibus, tabernam ſuam aperire erubeſcunt : mercium enim emptarum pudet & nummorum conſumptorum tædet, jamque ſunt & manent miſeri ſocii, cogunturque vel agriculturam, vel cauponariam, vel cereviſię coctionem, vel tale quid arripere, ſuntque

que miniſtri, cum eſſe domini potuiſſent, in quos cadit illud Poetæ:

Conſumptis tandem fœcunda in pocula nummis
Hoc veri invenio: nil ſciv, nil habeo.

19. His accedunt & illi quos avaritia, omnium malorum radix, obſedit. Hi enim ſi judices ſunt, partem nullam læta expediunt fronte, niſi ſciant:

Quod poſſit gravis ære domum ſibi dextra redire.

Si mercatores ſunt, numquam ſatis nequiter aliis impoſuiſſe ſe credunt, hi ſcilicet enim aliquando audiverunt, licere ſe mutuò in emtionibus circumvenire, idque dicunt Iuriſconſultos concedere, *l. in cauſa* 16. §. 4. *ff. de minor.* Si alterius generis ſunt homines, quales Ariſtot. 4. ethic. 7. *baucopanurgons* indigitat, quales ſunt monachi, & id genus homines alii, nihil humanitatis à ſe faciunt proficiſci, niſi videant brachia Græca & manus dativas, ſumma omnia faciunt gratis ſed dativo caſu.

20. Materia Cornelii ex definitione colligitur: cum enim humidum radicale ſit tenue, & calor nativus imbecillior, oritur ſpiritus quidam ſiccus & frigidus, ater, triſtis, rarò ſubridens, ſui impos, qualitercunque condenſatus & incorporatus, & breviter tale monſtrum, cui nec Homericus Polyphemus, nec Virgiliana Fama, nec Ovidiani gigantes, nec Horatiana pictura, nec ullum vel à

Wigo-

Wigoleisa, vel à Seufrido, vel ab Amadiso, vel à quopiam necessariornm ejus, debellatum portentum comparari queat.

21. Formam Cornelii intuentibus, pro diversis subjectis in quibus dominatur, variè se instar Protei manifestat. Quidam enim hominum consortia fugientes ad loca solitaria properant: alii versantur quidem cum mortalibus, sed taciturni, cernui, morosi, quibus dici solet, eos Calendaria componere, aut speculari in divinis, aut claves quærere, aut Cornelium habere, quorum postremum prioribus tribus verius nos existimamus: nonnulli, præsentibus aliis, ubicunque recursis spatiis deambulant.

Spectantes terram, manibus post terga rejectis, & succinentes sibi melancholico murmure, cujus harmoniam nec ipsi, nec alii, sed solus qui eos vexat, Cornelius, intelligere potest.

22. Finis est, ut agnoscant mortales omnes, verum esse quod scriptura dicit: Omnis stultus est fatuus, & omnis fatuus est stultus.

23. Objectum Cornelii sunt res, Actiones & verba. *Res* ut calcei, vestes, uxor, ligna, candelæ, sanitas, morbus, vinum, virgines, cerevisia, compotores, corrivales, pulices, pediculi, quamque primo decuisset loco poni, pecunia, & similes. Actiones, ut si cochleatorem impediat mariti præsentia, quo minus osculari ex voto possit Venerem suam; si quis concurbitari se norit, quod

tamen

tamen mutari nequit: si patientiam Socratis addiscere quis tenetur: si quem pulices infestant, ubi capere dedecet: si puella supercilioſa, quæ ſe Dianam aut Iunonem eſſe perſuadet, ne nimis demiſſa, aut humilis videatur, procum ſuum aſperius repudiavit, quem tamen perdire amat, & reverti iterum ac inſtare, tacite exoptat: ille vero nihil de ea ſollicitus aliam, quod ajunt, quercum excutit, ſimilis cordato illi Canonico Herbipolenſi, qui concubinæ ſuæ electionem dabat, utrum appellari mallet *ein Ertzhure*, an vero *ein Landhure*. *Verba*, ut ſi cochleator amaſiæ ſuæ verba duriuſcula extimeſcit, & reconciliationem redimit annulo, armillis, ſerica tunica, molli thorace, aut ejus generis pretioſo Xenio, aut ſi lepus quidam, cui cor in caligis, Thraſonis alicujus minis perterrefactus, pacem & requiem emit aliquot Ioachimicis, aut ducatis, aut florenis, in convivium commune exhibitis, memor iſtius Maronis Æneid. 11.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

24. Effectus Cornelii interdum bonus eſt, interdum tolerabilis, interdum vero peſſimus.

25. Bonus eſt cum revipiſcit morio, ſeque peccaſſe intelligens, mores abinde corrigit: ut ſi puer mechanicus aut mercatorius, alaparum impatiens, à magiſtro, dominove ſuo aufugit, ſed poſtea miſeriarum impatientior, reverti-

revertitur & pati consuevit. Item si adolescens cum loculo turgente ad Academias accedens, inque omnibus conviviis primas obtinere cupiens, magnificus, munificus, pugil, eques, miles, dimicator, venator, aleator, clamator, scortator, potator, viridis, gilvus, ruber, cęruleus, flavus, fulvus, ravus, Italus, Gallus, Iberus, Anglus, nunquam Germanus, nec verbis, nec re, nec veste, & paucis loquendo, *ein Dollerhundt oder Stutzer*, tandem dilapidatis nummis, absumpto tempore, ætate provecta, deceptis, offensisque parentibus, cum vidit se stolide egisse, agnoscens barbam crescere, patrimonium evanescere, pallium vilescere, & caput nihil discere, ad meliorem frugem rediens, vitam emendat, & in virum magnę dignitatis evadit, id quod tamen rarius practicari in foro testatur, *Gail. 3. observ. 40. n. 34.*

26. Medius effectus est, quod impediat orexin, inducat pallorem, rugas, taciturnitatem, extinguat sales & omnes delicias, &c.

27. Pessimus est cum invalescentes spiritus impuri vires hominem adigunt:

Vt nodum informis lethi trabe nectat ab alta.

alius, non poëtaster, sic effaretur, ut se suspendat. Verum cum hoc Cornelii genere nihil nobis est negotii, sed Theologis & Iurisperitis hoc elaborandum relinquimus, qui id existimant, & læsæ conscientiæ vulnere pullulare. & Iuvenal. Sat. 1. vocat mentem criminibus

minibus frigiditatem, nec medici ullum repe-
rerunt antidotum præter laqueum ſtupeum,
quem adeo dicunt infrigidare, ut hanc frigidi-
tatem prorſus extinguat.

28. Nunc in gratiam valetudinariorum hac peſte correptorum, pauca ſubjiciemus cõ-
traria ſeu remedia, quibus hic ſemiſpiritus fu-
gari plerunque ſoleat; quorum in numero primo rectè collocamus ſomnum; qui enim dormit, non peccat. Et hanc vera ratio, non ea quam adſtruit Virg. Æneid. 6. quod ſopor ſit lethi conſanguineus. Quanquam minus hoc in Virgilio miramur, cum ſit poëta, id eſt, nugivendulus, ut rectè objicitur poëtæ in bel-
lo grammaticali. Quod ſi Cornelioſus dormi-
re nequit, aptiſſimum eſt ut vigilet, ſed res non caret difficultate, teſte Hippocrate Sect. 2. aphoriſ. 1.

29. Quod ſi ſomno non vinceretur, recipe tres congios vini Malvatici, tertio purificati, cum pane bis cocto, & miſce ut fiat cibus: ſi parum id juverit, adde ſextantem ſpiritus vini mixti aqua nota: ſi nec dum incalueris, accede ad ignem Terentii caleſces plus ſatis.

30. Nonnulli ſuadenti recipiendos eſſe no-
vem ſacculos, mediæ magnitudinis, Ioachi-
micorum, cum totidem ſacculis aureorum, qui miſceantur, & fiat permutatio in taber-
nis cum rebus, quibus indiges. Hic modus ſa-
nandi tam à Theophraſto, quam à Galeno & Averroë præteritus eſt, ſed nec Dioſcorides,

nec

nec Vesalius ejus meminerunt, quod mirum est, cum alias viri fuerint doctissimi.

31. Nos Verò non tædebit arcanum quippiam communicare, quod à nemine mortalium literis proditum est, & tamen præsentissimum juvamen (cupimus enim de omnibus benè mereri) recipe igitur tonnam electri, auri puri, addito complexu virginis, vividi coloris & succi plenæ (sunt enim & aliæ virginum species (& utere quoties lubet, non ultra quinquies insingulas 24. horas, ne nimio suo calore laborantem exsiccet & languefaciat.

32. Hæc de medela satis, ne quis nos empyricos aut seplasiarios credat. Nunc dubia quædam de Cornelio subnectemus, à paucis hucusque prodita.

33. Quæstio elegans est, an perpetua morositate laborantes, sicut Areopagitæ illi, qui in Trophoni antro somniasse videntur, quos vulgus Mopsos appellat, Cornelios nuncupari queant. Nos à negantium partibus stabimus quia rectius murrosii vocantur.

34. Cornelios um non posse bona conscientia ridere multi adfirmant, quod falsum est, nam conscientia in risu non consistit, sed in corde & animo.

35. Invidum rectè dicimus Cornelios um cum omnibus ethicis: toties enim paroxysmus efferveseit, quoties cum alio benè agi cernit. Verũ qui perpetuo livore turgidus, alios opprimere sedulo conatur, potius virum malum nomi-

nominari censemus qui una cum Cornelio in Insulam deportetur, ut vocant Iurisconsulti.

36. Qui cornelio tribulatur, testis esse in judicio utique non cupit, quia non est mentis compos, ac testes tamen habere potest, nec enim propter Cornelium civis esse desinit.

37. Suspendendus an possit cornelium habere nonnulli ambigunt: Communiter tamen affirmant, id quod & nos credimus contra Palæmonem.

38. Cornelioſum posse bonum virum nuncupari probabimus: idq; vel eo solo, quod Cornutus. Id est, cujus uxor est communicativa, possit Cornelium habere, cum tamen ipse bonus vir sit, quia patitur, quod multi non paterentur.

39. Cornelium esse spiritum ex humore natum diximus: sed de sexu quæritur: an Cornelius sit etiam mulier. Nos putamus Cornelium esse generis masculini, sed in fœminis tamen potenter quoque dominari, præsertim in virginibus annosis, in quibus tam alte suas extendit radices, ut etiam in fronte & facie passim promineant.

40 Qui insano amore compulsus matrimonium promittit, uxorem ducit, & postea nihil habet, quo sibi victum quærat, posse eum Cornelio tactum dici putamus, sed tamem beneficium impune esuriendi non est ipsi denegandum.

41. Quoties Cornelioſus inebriatur, pul-

ch-

chrè dubitatur, an ipſe Cornelius ebrietatem ſentiat, quod omnino aſſerendum arbitramur; Videmus enim ebrios Cornelio plerumque non vexari, quod utique non contingeret, niſi Cornelius quoque inebriaretur, ille vero vino delectatus, malitiæque ſuæ oblitus, hominem tunc lætari ſinit uſque in craſtinum.

COROLLARIA.

I. Grammaticum.

AN Cornelius poſſit declinari? Adfirmamus, præterquam in genitivo caſu, quem non putamus declinabilem.

II. Dialecticum.

An Cornelius in homine habeat reſpectum ſubjecti occupantis, an ſubjecti occupati? poſterius affirmamus: namfalſum eſt, quod vulgo dicitur non habere Cornelium. Nos enim Cornelium non habemus, ſed Cornelius nos habet.

III. Rhetoricum.

Dictum eſt, ſuſpendendum, poſſe Cornelioſum eſſe, quæritur, quo tropo hoc dicatur, Reſpondemus per tapinoſin ſeu meioſin, eſt enim non mediocris extenuatio.

IV. Muſicum.

Cornelius licet per omnes declinabiles caſus poſſit cani, ſuaviſſimum tamen in ablativo ſtatuimus,

tuimus, ibi namque vim ſuam exerit Lydius, teſte Caſſiodoro 2. variar. 40.

V. Arithmeticum.

An cadat numerus in Cornelium? negamus, Continetur enim monade: at monas non eſt numerus, ſed numerorum origo, teſte Macrob. ſomn. lib. 2. c.

VI. Geometricum.

Poteſtnè Cornelio applicari quod Geometris celebratur bis bina bis eſſe ſolidum? adfirmamus, quia Cornelius eſt quadratus, hoc eſt, ruſticus & impudens qui etiam non vocatus & ad invitos venit.

VII. Aſtronomicum.

Cui ſigno conveniat Cornelius, in Zodiaco reſpondemus, Capricorno per omnia.

VIII. Theologicum.

An Cornelius in aëre degat inter alios malè conciliatos nebulones, reſpondemus negativè, ſemper enim cum hominibus verſatur.

IX. Iuridicum.

An Cornelius poſſit contra Cornelioſum agere interdicto uti poſſidentis. Negamus, quia Cornelius vi poſſidet, cui non datur hoc interdictum, l. 1. §. vult. ff.

X. Medicum.

An Cornelioſus, quatenus Cornelioſus eſt, poſſit dici Cacochymia laborare: atque ſic phlebotomiam utiliter adhiberi. Negamus, niſi

per

per accidentiam, si nimirum Cornelius tenacior sit.

XI. Physicum.

Cornelium augmenti & decrementi esse capacem, atque ita subjacere alterationi, arbitramur, contra Arist. de generat & corrupt. lib. 3. c. 33.

XII. Metaphysicum.

Cornelium esse Ens, putamus, & propterea est in loco, nimirum intra capitis territorium, ubi etiam jus dicit & accipit.

XIII. Philologicum.

Dubitatum meminimus, uter sit natura prior, ipsenè Cornelius, an vero Cornelioſus. Hunc esse priorem statuimus, tanquam subjectum adjuncto suo.

XIV. Politicum.

An deceat in benè constituta repub. Cornelioſos habere, negamus: tunc enim, teste Platone, beata est respub. cum cives sunt beatissimi. At beatus nemo dicitur propriè qui Cornelilio afficitur. Ergo, &c. Si quis igitur cives Cornelium habent, id de facto fieri apparet.

XV. Historicum.

An Cajus cæsar cum acceptis vulneribus veste faciem tegeret jam moriturus, sub illa veste Cornelium habuerit, negamus. Est enim hoc cornelii genus irregulare, rectiusque dicitur ægrotus esse, qui vulneribus confectus animam agit.

THE-

THEMATA MEDICA,

DE

BEANORVM,

Archibeanorum, Beanulorum & Cornutorum quorumcunque, affectibus & curatione,

Ad quæ Præsidente

ADMODUM PRÆCELLENTI,

Et Exquisito Cornelio Cerasto Cornano Medico & Chirurgo Regio Beanorum,

Respondebit

CARIOLLINVS TEVETIO

CRUFENAS.

DE-

DEPOSITORIBVS, ET BEANORUM CHIRURGIS.

I.

CVM hoc ſymptoma priſcis ſæculis ferme ignotum jam in dies magis divulgetur, pluribus etiam adhuc Medicis ignotum male curetur ita ut ægri ſæpe ſuccumbant, aut pejores recidivas patiantur: Operę precium duximus, ob publicam utilitatem, ea quę in praxi jam aliquot annis obſervavimus, hoc loco proponere, vt tam fœdæ luis accuratione pateat natura & curatio.

2. A nomine ideoque rem auſpicabimur, Vocantur hi patientes Latinis, ut Ciceroni & Quintiliano Beani, Beanuli, & Archibeani & è primario ſymptomate Cornuti, licet diſtinſturi ſimus in progreſſu ſermonis. Germanis *Bachautem*, *Pennal*, *Lanip*, *Gehôrnte*, *Wilde*; quod vix cicurari poſſint, *Geſchoſſene geſeln*. Araęcis *Aſen* licet hoc nimis ſit generale. Hebreis *cubiacha*. Nos autem Grammaticis vocabula linquentes, ad pugnam tam ſævi hoſtis properamus.

3. Beaniſmus hic definiri poteſt quod ſit ſymptoma actionis depravatæ facultatis parentum ſemine & mala educatione,

vel utrisque ortum ducens, & cornibus extra cranium exeuntibus, se prodens.

4. Et licet multiplex sit hoc symptoma & varie dividi possit, optima tamen divisio est, in ARCHIBEANOS, BEANOS, & BEANULOS.

5. Archibeani sunt in quibus malum planè inveteratum, & cornua habent plurima, maxima, fœdi coloris, emedullata, tetrum odorem exhalantia, inæqualia, ramosa, dura, aspera, quadrata, nigricantia, liventia, longa, curva, & dicuntnr POLYCORNES.

6. Beani mitiora quodammodo habent accidentia, cornua ut plurimum bina, eaque media inter utrosque liventia aut flaventia, aliquid habentia medullæ, & dicuntur BICORNES.

7. Beanuli cornu unicum saltem habent satis acutum, in medio plerumque frontis, duorum aut trium cubitorum, idque molle, glabrum, rotundum, simplex, recta sursum tendens, subflavi coloris, parum fœtens, copiosæ medullæ, &c. & hi appellantur MONOCEROTES.

8. De loco affecto imprimis sollicitos nos esse oportet, nam frustra alias in curatione sudabimus; est autem is cerebrum potissimum, & quidem membrana ipsius dura mater, quæ inde nomen habet, ubi etiam plerumque desinit, licet ad radices oculorum quandoque pertigisse referat Doctiss. D. Cajus Caruarius in su

in ſua praxi nondum edita fol. 20. 36. 51. 66. Qui quoque ſuſpicatur corneæ tunicæ inde nomen migraſſe.

9. Cauſſæ hujus affectus multiplices, Aër ſylveſtris & obſcurus qualis eſt in ſcholis particularibus, ut ſunt Lavingana, Lyncenſis, &c. Item, Dolpelhuſéſis, Bubendorfenſis, Stockfiſchhuſenſis, Pickelhæringenſis, aliquibus in locis Batavię, ſueviæ, & adhuc Miſnæ, Grimæ & portæ, Item, Halæ, Magdeburgæ, Brunſvigæ, Hildeſiæ, Amſtelaodami, Stetini, Lubecæ, Bremæ, Paderbornæ, Sauwfurti, Stierfurti, Hasfurti, Serveſtę, Breſlaviæ, Ambergæ, Nabburgi, Duſſeldorpi, Vltrajecti.

10. Apud varios varii cibi in cauſa ſunt, & quidem ii qui craſſum imo craſſiſſimum generant ſuccum, ut carnes animalium cornutorum, aſinorum, aſellorum marinorum: panis item ſcholaſticus, caſeus putridus præſertim der *Haſenkâſz den die alten Weiber verkauffen*, fabæ & legumina reliqua, unde perſpectus Pythagoras ſuos diſcipulos arcebat à fabis, cereviſia craſſa, &c.

11. Motus etiam hic recenſendus. Nam videmus eos qui vagantes, cantantes, curſitantes, vociferantes, balantes, bacchantes, clamitantes, vorantes, potantes, ingurgitantes, mendicantes, hiantes, boantes, in curta tunica ſaltantes, nullum angulum intactum relinquunt, hoc malo potiſſimum detineri,

Vrgeri, torqueri. Sive contra, quia in clauſtris, carceribus, cellis, ergaſtulis, angulis, cameris ſcholaſticis tanquam piſtrinis, mille repagulis, compedibus, vincti, catenati, ferrati, ligati, ſervati, ob inopiam aëris purioris in hunc affectum prolabuntur, aut prolapſi confirmantur.

12. Somnus & hoc loco aliquid poteſt. Qui enim ex iis glires agunt, magis divexantur, ut noctu hiantes, ronchantes, ſternutantes, furzantes, cachantes, ſchnarchantes, &c. Hiantibus præſertim magis periculi ſubeſt, noctu enim animalcula, ut cimices, pulices, culices, tineę, veſpertiliones os intrantes, irreptantes, permerdantes, & mentem perturbantes, divexantes, ſubtile ſerum exiccantes, & mala alia excientes, miſellos hoſce aſellos miſellè excruciant, & dilaniant. Idem quoque de vigilia eſto judicium.

13. Excreta & retenta ſuum quoque in hoc affectu locum habent. Dum enim pulverem ſcholaſticum abſorbent, deglutiunt, imbibũt, attrahunt, retinent, coquunt, aſſimilant, apponunt, magnum cornibus fulcrum addunt, ita etiam bono quoque alimento excluſo & excreto fœces ſibi reſervant, & ſui infortunii authores exiſtunt. Ex pathematis ſunt ira beanina, timor *fur den wildẽ Groſz vattren und furten ſchluſſeln* ut & virgis & alapis *dez groſſen Schulfuchſes*, qui Archibeanorum omnium eſt pater, avus, abavus, atavus, proavus, *uhr*,

uhr,

uhr, uhr, groſz Altvatter und Rabbi, Khimmel. Pavor, mœſtitia, horror, rigor, perturbatio mentis, fruſtrati amores, quos ſequitur Deſperatio aſinina.

14. Proxima cauſa eſt lac maternum, mala educatio: Vnde craſſi exhalantes fumi mentis ſedem occupant, quos dum fruſtra natura expellere conatur tandem in duram & corneam ſubſtantiam convertens eam extra cerebrum foras protrudit.

15. Signa. Primo prodit ſe intuitu Beanus, cornua enim gerit ſatis manifeſta & conſpicua extra pileum proturberantia, pulſus ipſi magnus, vehemens, celer, durus, plenus, frequens, inæqualis inæqualiter, bis vel ſæpius feriens, ſerratus, caprizans omnium frequentiſſimus apparet. Vrina craſſa; turbida, cruenta, fœculenta inſtar jumentorum cornutorum, plurima, fœtida & graveolens, rubra, imo etiam nigricans, vel viridis, ſpumans in qua volitant ranæ, cantharides, lacertæ, veſpertiliones, ſcorpiones, ſubſident ſpectra, capripedes, capræ ſaltantes, dracovolans, grandines, &c. Inveniuntur etiam ramenta cornuum, capita leporina, flatus retenti ſurſum tendentes, nolæ quæ pugni magnitudinem ferme æquant, & id genus alia tonitrua; torvis tuetur oculis, juxta illud torva tuentibus hircis, Frons ipſi ſimiæ aut aſini, capilli recti, rigidi, craſſi, *wie ein Pfenningſtricke*, impexi, qui findi poſ-

sunt in 4. 3. 6. 7, & plures partes: caput quadrangulare, nigricans, exustum, calidissimum, durissimum, distortum: acutum, os lividum, instar proboscidis elephanti, dentes aprini, prominentes, prælongi, crassi, oculi cyclopici, aures leporinæ, surdę, collum picis instar niveum, barba aut nulla aut schustralis, inculta, squalens, horrentibus aspera dumis, nares curvæ aquilinæ *kumpffig wie die schafnasen*, spirantes avernum, exhalantes Mepsytim, facies plane Æthiopica, Thersitica, Marcolphica: corpus denique totum. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.*

16. Signa alia moralia maxime hic notari debent: incessus ciconialis secundum tabulaturam Belgicam, hinc inde nutans, gradus grallatorius, interdum testudineus vel formicinus, interdum velocissimus. Pallium etiam habent ægri ab uno latere dependens, quando domo exeunt pallium non statim applicant, sed postquam jam aliquot stadia vel jugera fuerunt emensi, de brachio, in quo instar virginis puerum recens natum baptismo deportantis, antè gestarunt, deponunt, & scapulas suas latas, ventrem sesquipede exstantem, abdomen insaturabile, turgidum, inexplebile tegunt. Palliis se quandoque involvunt, seu subcingunt inprimis cum ex Galliis veniunt, vel in nundinis Francofurtensubus Gallum viderunt. Ligulas circa collum

collum pendentes aëri exponunt. Oculos habent Vranoſcopi, manus geſticulationes hiſtroinicas exercẽtes *wie andere Fæbelhanſen und* cornuti *Vettern*, vociferationibus, coaxationibus, mugitu, rugitu, grunnitu, gannitu, boatu, balatu, latratu, ceu ruſtici temulenti implent omnia templa, plateas, ædes, hoſpitia, cubicula, popinas, latrinas, fana, fora, quatuor mundi Elementa, imo cœlum infernum & purgatorium, Limbum Sanctorum Patrum, ſumma quaſi Iovi & Plutoni inſultantes. Canum etiam inſtar ipſo meridie quemvis murum permingunt, prę-clari Diogenis Cynici imitatores, O Mores! Ores!

27. Nimis adhuc parum diximus, ipſorum modeſtia plane eſt immodeſta, gregatim volant ut grues; catervatim diſcurrunt ut ſues: mores ipſorum in menſa horrores aliorum, canini, vola utraque illota (nam certis anni temporibus pro ſua devotione & ſuperſtitioſa religione lavant) manibus pro cochleari utuntur: os cibis & bolis infractum & gravatum clamitationibus diſtendunt, quaſi eſſent in balneo, muſcas carnibus, caſeis panibus & patinis inſidentes, veluti Iuſtitiæ cultores ſingulari dexteritate ipſis ſolummodo propria, Cyclopice, miſerabiliter, horribiliter, immaniter, crudeliter, truculenter, fraudulenter, inhumaniter jugulant, decollant, excruciant, exenterant, exoſ-

sant, trucidant, dissecant, discindunt, diffindunt diffringunt. Vtroque cubito tanquam firmis fulcris, aut Herculeanis (plus ultra) colũnis innitunt ur, perforant orbes, quadras, cochlearia, boream naribus spirant, diductis hinc inde labiis resonando vorantes sues Bavaricos & bohemicos imitantur. Et ad summam; degluriendo tantam molem adsumunt, ut si nova comparemus antiquis, ipsum Milonem Crotoniatem oporteret manere domi.

28. Doctrina pollent tam excellenti & multiloqua, ut in minimo ne cedant antiquis, veteres Philosophos licet nunquam viderint tam exacte tenent, ut quamvis tyrones cumeritis tamen pugnare ausint. Idem de reliquis esto judicium. Tot compendia, tot methodos, tot denique inveniunt nova, inaudita, inusitata, mirabunda, ut antiquitatem obscurare videantur, Sed interim tamen perpetuas lites agunt cum Prisciano & Ælio, proh DEUM:

Non mihi si linguæ centum sint oraque centum,
Ferrea vox, omnes Bacchantum scribere formas
Sufficerem.

29. Amant quin etiam, quod mirum: an amentur, dubitamus satis: Interim tamen anquirunt aut quærunt potius amorem variis modis, inter quos:

Chytara schustralis, est omni tempore talis;
Qualis Bacchantum, magna cum voce balantum.

Insuper canunt ad numeros & saltant per pla-

plateas, tantummodo cum Beanis converſan-
tur, ſimilis enim gaudet ſimili ſecundū verſū.
Cornua fer tecum, ſivis colludere mecum.

20. Ne cornua omnibus appareant, pileum, tametſi honeſtum virum prætereant, non detrahunt, ſi ab aliis detrahatur, ille modicè extrema tangent, cornibus ſuis parcunt & gravitatis Beanicæ ſpecimina edunt. Imò magis fugiunt honoratum virum quam Diabolus, quod ajunt, crucem, & aquam luſtralem, aut annoſam vetulam.

21. Cum diutius hæſerimus in ſignis, prognoſtica breviora faciemus. Sciendum itaque Archibeanos eſſe incurabiles. De Beanis rem eſſe lubricam. Beanulos autem bene curari poſſe. Incipiunt autem cornua foras exire circa tempus pubertatis & poſt vigeſimum primum vix eradicari poſſunt.

22. Et ne quis ridiculum exiſtimet ſymptoma hoc incurabile eſſe, afferamus aliquot hiſtorias, quę extant apud ſupra citatum ornatiſſ. doctiſſ. & fide dignum Cajum Cornarium Centuria curationum 28. *lib.* 99. fol. 2. 16. 3. 8. 9. 5. 1. 29.

23. Primus patrum noſtrorum memoria vixit Lobedæ, ibidem ſcholæ miniſter, laborans hoc affectu, qui à Medicis omnibus pro deſperato relictus miſere obiit, cujus hoc extat Epitaphium.

Heus tu qui Prætereà, gradum
Siſte, conſidera fatum

Nefandum, miſerabile
Durum, inexorabile
Johannes guck ins muſz genas
Qui natus eſt im Hornerlandt
Hic dum vellet deponere
Cornua, præ magno onere,
Propter ingentes mœrores,
Et maximos dolores,
Mortuus eſt, & jacet in pace,
Jam abi domum mox, & Tace.

B. ANNOS. XL. M. II. D. V. V. III.
O. ANNO. M. D. C. LI. VI. IUL. II.

24. Extat & aliud Lavingæ cujuſdam, qui poſt mille dolores miſerè obiit ob putreſcentia cornua & vermium in cavitate ipſorum multitudinem enatorum, hoc modo:

Hier ligt begraben Kaſz und Brodt,
Den hat erwordt den bitter Todt,
Die veil er glitten groſſe Noht,
An ſeinen Horneren ohne Spott,
Sie ſeind geweſen gantz Blutroht,
Vnd haben geſtuneken wie ein Robt,
Darzu gewogen wol tauſendt Lobt,
Dem wolt beklagen, er iſt Todt.

25. Hoc nuper cuidam positum est:

BEANE.
QVI PRÆTERIS.
LEGE.
ET. FRATRIS. FACTUM.
DOLE.
ARCHIBEANIS. S.

Natura quæ donaverat
Cornua, non volui
Deponere, sed renui
Opem juvantis Medici:
O miser & me perdidi
Post Putrefactis cornibus
Et intus natis vermibus
Summo dolore perii.
Cave Lector, cave tibi
Nunc mortuus hic jaceo
Exemplum, quamvis taceo
Rogo, velis deponere.
Vt releveris onere.

26. Meminimus quoque nos legisse hoc Epitaphium Cerasti Archibeani, Herbornæ in cæmiterio Cornutorum.

Si non fuissem arrogans
Et Cornuum non peramans
Non essem esca vermibus.
Et mortuus cum cornibus,
Quare quicunque præteris
Si istum hominem sequeris.

Ne eorum rogo teneas
Et sicut ego pereas.

27. Hoc præterita septimana mihi missum ab amico, positum est cuidam vere mortuo gymnasio Stetinensi, Brennensi.

Hic conditur Tremellius
Cum grossiculo nasiculo
Superbus decem cornibus
Quadrato conditorio
Nam qui quadratis cornibus
Quadrata fronte & pedibus
Quadrata lingua & auribus.
Et qui quadrato ore
Et qui quadrata voce
Quadratis adest vermibus.
Abi homo vidisti mirabunda
Si te manes quadrati audiant
Quadratis cornibus te proijciant.

28. Vt igitur his omissis ad curam nos convertamus, tres hosti phalanges obijciemus, Diætam, pharmaciam & Chirurgiam.

Aër eligendus purus, subtilis, lucidus, à Beanorum sylvis, collegis, latibulis, antris, casis, tuguriis valde remotus. Imprimis laudatur ille qui est Ingolstadii, Helmstadii, Ienæ, Lypsiæ, Marpurgi, Heidelbergæ, Francofurti, Coloniæ, Witebergæ & similibus in locis. Huic aëri, modo consultum sibi velint, aliquot annis assuescant, necessum est.

Cibus sit tenuis, concoctu facilis imprimis medicamentosus ut inferius in Pharmacia dicetur

cetur, poterunt etiam ſingulis diebus ter propinari urſæ item canes villoſi, moroſi, rabioſi, ut moloſſus, Hylax, lyciſca, artocreati ex farina fuliginoſa ſubacto incluſa. *Oder den Eulenſpiegel in einem galben Brule.* Potus parcus vinum aquoſum, lautum, conventum, raſtrum, *Iuncker*, *Guckguck*, *Klappit*, *Glatſch.* Notetur hic verſiculus Lipſi.

Aijn Topff *ſcherpentum*, Zwen *raſtrum* ſpanque? *conventum.*

Aqua in qua caudæ murinæ, aures leporinæ, podex atque ungues aſini ſunt decocta. Vino primo anno curæ omnino abſtineant ſub finem primi & ineunte ſecundo confortationis loco in prandio parum cõcedatur. Tertio mediocriter admittatur. Nam non convenit ipſis antequam corpus à cruditatibus ſcholaſticis ſit bene purificatum, beanos enim.

Vina parant aſinos faciuntque hos fuſtibus aptos.

31. Somnus, vigilia, motus & quies mediocria omnia.

32. In excretis & retentis maxime ſtudeant Retentioni, taceant ſcilicet, audiant ſtudioſos, ſilentium Pythagoricum obſervent, nec quicquam niſi bene noverint, effutiant & excernant.

33. Pathemata animi fugiant ſupradicta. Conceduntur ipſis humilitas, humanitas, obſervantia erga Studioſos, dicendi ſtudium, & diligentia, obtrectationes & objurgationes alio-

aliorum modeſte audiant, & ſecundum has vitia ſua paulátim emendent.

34. Tria propoſita nobis habemus, ſubtractionem humoris morbifici, ablationem cornuum & denique confortationem cerebri. Quod ut melius aſſequamur, craſſos primum attenuabimus & præparabimus humores ut ſyr. de axungia rotæ, ſyr. de ſpecillis, ſyr. de ſagittis, ſyr. de falce meſſoria, ſyr. de novacula, qui omnes in noſtris officiis præparati habentur, Imprimis autem convenit ſyrupus de Multiplici infuſione fuſtium ſimplex, vel qui melior eſt compoſitus, qui aromatiſetur claviculis ferreis. q.ſ. Exhibeantur cum decocto ferularum, Bruſci, palivri. Herbæ poſt coctionem, vel quod melius, recentes capiti arctiſſimè applicentur & alligentur, habent enim ſingularem vim in digerenda materia craſſa & emolliendis cornibus. Doſes ſyruporum pro Medici judicio ad ęgri tolerantiam augeri minuive poſſunt.

35. Purgabitur optime materia præparata pilulis de baccis ovinis, aſininis, globis equinis, ſuillis, quadris vaccinis, de dumis, fuſtibus, raſtris, vomere, bidente, tridente. Pilulæ quæ ore ſalten retentæ vehementer & mire purgant ex præſegminibus ungularum equinarum, corii, ſtercore columbino, anſerino, felino, canino, &c. Veteramenta & corrigia calceamenti trochiſcata. Commendantur præ reliquis pil. de ligno buxi, pinaſtri, illi-

ilicis, abjetis, tornentur ad magnitudinem juglandis, deglutiantur singulis mane numero xxxv. plus minusve. Si æger aversetur, conchyliis involvat, aut visco obducat, aspersо pulvere nostro cordiali, de quo alibi diximus.

26. Generalibus præmissis, speciales succedunt evacuationes, quæ fiant Errhinis, sternutatoriis, nasaliis, Apophlegmatismis, masticatoriis ex ficubus equinis, radice liripipii, radicibus a,b,c,d, cranio equino, aut asinino, caudis murinis, glirinis, bovinis, vaccinis, leporinis, ovinis, felinis, cervinis, caprinis, cancrinis, mustellinis, leoninis, camelinis, elephantinis, talpinis, agninis, aprinis, arietinis, caballinis, hircinis, hædinis, lupinis, vulpinis, porcinis, taurinis, vervecinis, ursinis, vitulinis, Imo & rostris avinis, accipitrinis, aquilinis, anatinis, anserinis, columbinis, corvinis, cuculinis, ficedulinis, gracculinis, gruinis, gryphinis, merulinis, milvinis, palumbinis, pardalinis, passerinis, sturninis, vulturinis.

37. Nec parum laudantur gargarismata ex decoctione albi græci, medullæ intestini recti animalium ruminantium, ut vaccarum, boum, &c. Decoquantur ad tertias, dulcerentur felle lucii Piscis, murenæ, canis marini hyppotami Indici.

38. His ita peractis in revulsionibus magna spes posita est, quę fiunt compedibus, verberibus, virgis, alapis, pene bovis exsiccato

& subu-

& ſubula bene longa condito, *Mit einen Ochſenfuſel*, flagellis, fuſtibus, laqueis nauticis, clavis Herculeanis, raſtris, venabulis & ſimilibus ingeniis, quæ prudenti Medico committimus.

39. Cornua jam antequam eradicantur emollienda erunt, quantum fieri poteſt, medicamentis emollientibus, quorum quædam ſupra recenſuimus, præſertim commendatur penis bovinus ſupra dicto modo præparatus, & ante cibum, vel etiam ſæpius applicatus ſummna vi & induſtria, vicem quoque ejus ſupplere poſſunt mallei majores fabrorum, ligna decem pedes longa, quatuor craſſa, ſingula ferro aromatizata, libræ tres quatuorve plumbi filo craſſo adpenſæ & adplicatæ, &c. poterit etiam caput incudi ſubmitti aut prælo includi ad horas 5. aut 6. Pileolum ſeu cucupham ſi adhiberi opus ſit, fiat ex 90. aut 100. libris plumbi, intus obducatur pelle hiſtricis aut erinacei, applicetur ſingulis mane per horas 3. aut 4. æger abſtineat à ſomno, laboribus, & domi maneat nec ſedens, nec jacens, ſed ſtans potius, vel cubito innitens.

40. Et jam tempus acerrimũ aggrediendi hoſtem. Ægro manibus poſt terga revinctis ut & pedibus, caput inter binas antennas tam arctè collocetur, ne id movere poſſit, cui genibus nitenti debita ratione chirurgus ferra primo majores ramos, dein dolabra & lima

lima si opus sit, relliquias aufert.

41. Si vero possit, quod melius erit, ablata pelle & nudato cranio forcipe radices funditus extrahat, uel aqua forti absumat, ne quid reliquum maneat, quod vicissim expullulare possit.

42. His peractis ferramento candente, si malum inveteratum sit radices perurat, ne recrescant, salem sapientiæ ori imponat, habet enim hic mirabilem virtutem & prohibet, ne radices putrescentes cerebro noceant, putrefactas quin etiam fortiter expellit & naturam pristinæ restituit integritati: cui adjungi quoque debet vinum capiti infusum, quod eadem facit.

43. Hoc loco annotandum est, quibusdam etiam maximum dentem, Beaninum dictum, molestum esse, qui easdem habet causas & naturam ut cornua, quem simili modo dexter curabit Cheirurgus.

44. Post ablationem in lecto collocetur æger, urtica Romana strato in quo jejunus quiescat per 46. dies, & singulis diebus quater lectus mutetur, pelle asinina diligenter tegatur, capite leporinis exuviis insuto, sudor ipsi provocetur loris, hasta regia. &c. Amuleti vici ad collare nolit refertum maxillæ asini, equi, cameli, Rhinocerotis, *odor ein per Laſterſtein* appendantur. Hæc enim singulari antipatia hoc symptoma longe propellunt.

45. Cum vero rarò, imo nunquam planè

auferri poſſit, præſervativis opus erit ne revertatur affectus. Miris modis prodeſt theriaca Beanorum, quam deſcripſimus in noſtra practica majori, quę ſingulariter pugnat cum affectione, quam hortamur ut omnes pharmacopæi in ſuis officinis ob maximam neceſſitatem paratam habeant. Proderit quoque album Græcum trochiſcatum, confectiones ferularum & roboris quercini, condita cotis & ſilicibus, morſelli ex aloè, colocynthide, diagridio, aſa fætida in tabulis, &c.

46: Concluſionis loco Empiricum hoc adjiciemus, quod celeberrimus Rabbi Moïſes Caldæus & Caballiſta, in Aſia, Africa, Europa & America in multis hominum millibus probavit, quod medicamentum facit ut nunquam recreſcant cornua, quod gratis communicamus miſellis hiſce Aſellis, eſt autem tale.

R. Saburræ ℔ 12.
Mercurii ſublimati ℔ 10.
Squamæ aëris.
Fuliginis Camini ana ℔. 8.
Balſami Beanorum ℔. 6.
Scharabeorum,
Locuſtarum,
Cantharidum,
Cimicum ana ℔ 4.
Vitri Veneti pulv. ℔ 2.
Fungorum ℔ 1.
Diagridii Z. ii. & G. ii.

Opii.

Opii.
Cicutæ ana lb. 1.
Gypſi,
Auripigmenti ana C. 1. ſ.
Comminutis comminuendis.
Recip. Fœturæ Ranarum.
Axungiæ rotæ.
Viſci ana q. ſ.
Miſce F. Electuarium.
Signetur *Bachanten Latwerg.*
Doſis cochl. 27.
ſinguiis manè ventriculo jejuno decem horis ante paſtum ſumatur.

COROLLARIA.

I.

AN *hic affectus etiam cadat in ſexum fœmininum? A. licet rarius eveniat, teſte Hipp. Aph. 26. ſec. 1. Cal. 15. Meth. c. 3. Talicotio lib. 6. quæſt. Chirurg. quæſt. 17. Ratio in promptu eſt, quia cum hic ſexus ſit habitus mollioris, & calorem habeat mitiorem, materia non poteſt in tantum indureſcere, calor eum per duriſſimum Cranii ô Sexpellere: faciliori igitur via onus hoc ad mammas ablegat, & reliquias per menſes expellit. De qua re latius in praxi noſtra egimus, quo lectorem ablegamus.*

II. *An*

II.

An in hoc malo sit vena tundenda. N. *ob summam cacochymiam. Si tamen adsit plethoræ in phlebotomiæ locum succedent, hirudinum more, Basiliſci, viperæ, ſcorpii, colubri, hydræ, lacertæ, dracones, bufones, cæciliæ, ſalamandræ, & ſimilia applicata. fiant autem hæc † exiſtente in Sphæra octava ad præſepe aſelli cum oppoſitione aut quadrato Martis.*

III.

An cornua reſecta uſum habeant. A. *Primo in Medicina. Præparata enim admodum Cranii humani, pulveriſata, & Beanii paroxyſmi tempore ad* ℔ j. *adminiſtrata, ſudores egregie promovent. In Archibeanis. ubi res eſt deſperata, ſingulis mane ſumpta curæ palliativæ vicem gerunt: Beanulis condimenti inſtar præſcribuntur: Si quoque mater tempore geſtationis & lactationis frequenter hiſce cornibus utatur, fœtum ab hiſce plane immunem enitetur: ut enim ſcorpius ſuæ plagæ eſt remedium, ita etiam ſingulari antipathia cum affectibus Cornutis pugnare hæc creduntur, teſte Alberto magno in ſecretis. Deinde habent alium quoque uſum fiunt ex hiſce, dentium, aurium, & linguarum ſcalpella, manubria, cultraria, amuleta, pocula, annuli, arcus, ſiphones, globuli, lagenæ, inductoria.* Titenfäſſer, Pinal Stand-

Standbuxen, &c. *Omnia Beanorum utilitati accommodatissima, quæ judicio industrii artificis relinquenda ducimus.*

IV.

An definitio hæc sit perfecta, Beanus est Animal Nesciens Vitam Studiosorum? Affi.

V.

In quo prædicamento reperiatur Beanus? R. in omnibus, quia est super omnia & transcendens.

VI.

Cornua Beani, & alia cornua Animalis an differant specie? N. Coll. Conimb. c. 6. quæst. 7. art. 8. §. Beanus.

VII.

Possuntne etiam homines dici? Respondetur posse, sed improprie & late sumpta significatione, eodem modo quo phrenetici & stulti, homines dicuntur, in quibus tamen ratio, qua homo à bruto differt, planè occulta imo sepulta delitescit.

VIII.

Vtrum debeant admitti ad conversationes studiosorum, & hic utiliter quæritur. Resp. distinguendo: Qui enim curabiles sunt, & jam sub Chirurgi fuere manu: cur non admittantur? Imo cum magna ipsorum fiet hoc utilitate; Incurabiles autem ablegentur ultra Garamantas & Indos aut ad Æthnæos fratres: quibus in ferendis carbonibus usui esse possunt.

Nihil

Nihil etiam in his tentandum auxilii, ne præsidia diffamentur, quæ multis fuere saluti.

TANDEM. VOS. QVI. FELICI. MANV. HVMANO. CONSULITIS. GENERI.
ET PRÆCLARA. METAMORPHOSI. EX. VRSO. APRO. TIGRIDE. LEONE. ASINO. IMO. QVAVIS. FERA.
HOMINEM. EFFORMATIS. IMPENSI. ROGAMUS.
UT. CANICVLARES. HOSCE. SALES. BENIGNE. ACCIPIATIS.
BEANVM. TE. AVTEM. HORTAMVR. QVI. HÆC. LEGIS.
VT. E. IOCIS. SERIA. ADDISCENS. MENDAS. EMENDES. VITÆ.
ET. BEANINIS. DEPOSITIS. EXVVIIS. STVDIOSO. INDVARIS.
SIC. TIBI. DEMVM. NOSTRA. HÆC. VERE. PLACEBVNT.
SIN. MAVIS.
TVO. PERICVLO. BEANVS. SENESCAS. LICET.
ET. AD. GRECORVM π. ACTÆON. ABEAS.

Zum Sawrubrunnem.

VALE.

THE-

THESES INAVGVRALES,

QVAS,

EX SENATVS

PARTHENICI, SOSIETATISQVE Amasiorum Maximæ Decreto in Alma Halecophagorum universitate,

Auspice

CANDELA ET CANDELABRO,

PROPVGNABAT

Ingenua & erudita D. Cornelia Carnivora, *dicta inquieta, Philosophiæ naturalis Baccalaurea,*

SUB PRÆSIDIO,

Clarissimi, nobilissimi, expertissimi, consultissimique D. D. Simonis Kuckelbrionis, *Morolog. Doctoris, Medicinæ Licentiati, & Pandectarum Decretaliumque in F. Iur. Professoris publice, Poëtæ Laur. Cæsar. Comitivæ Palatini, Equitis & civis Romani & adhuc sexagenarum rerum si vellet.*

TRAC-

TRACTATVS PRIMVS, DE VIRGINIBVS.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit virgo ?

STATIVS *Speckschvuardus* ait, virgo est nomen mirabile deduciturque à viro, quia viro apta est, quia gamma per incuriam interjectum est; *contra Paulus Fæniculus*, nomen barbarum esse dicit, virgo *ist ein verheiter Nam*, derivatur à virga, quod ea aliquando cædantur. Sed omissa Etymologia sit.

CONCLVS. 1. Virgo est prævaricatio sive error naturæ, qui nonnisi subsidio viri tolletur. Partem priorem defendit Aristoteles, & Galenus. Posteriorem sic concludo: Imperfectum aut vitium naturale non possunt corrigi, nisi à perfecto (quoniam cæcus cæcum absque ruina ducere non potest.) Sed vir est perfectum quid, & virgo imperfectum. Ergo manus manum fricet *Eins muß dein andern beyspringen, und nicht im stich lassen.*

CONCLVS. 2. Virgo est ens refartibile, omnia non integra sunt resartibilia; Sed tale quid est virgo; Ergo *muß man das beste beyihr thun.* Major verissima est, minor potius demonstrationis eget, quam syllogisticæ conclusionis;

clusionis: experto crede Roberto, quod in quibusdam summopere perfectificatio necessaria sit, aut Conveniens resartibilitas.

QVÆSTIO II.

Quid sit officium virginis.

OFFICIUM est actio, qua vel aliquid exequimur, aut aliquid nobis faciendum ferimus, ex quo elucet officium duplex esse, activum & passivum.

CONCLUS. 1. Officium Virginis est exequi, aut sibi permittere fieri. Ad utrumque parati sumus, *wie es jt schmeckt, seind wir darzu gheſtreckt.* Probatur prior pars, quia Domino intranti ostium aperire, vestem pelliceam applicare, sed tamen prius eam purgare debet, *Wann der Herr ins Hauſz wil, ſo muſz ſe ihme dem Beltz anlegen, doch zuvorn auſz ſtauben:* quod aliqui putaverunt, specifice convenire ancillis, sit ut sit, nos præsupponimus, ancillas esse virgines, & virgines per terminum convertibilem ancillas, ut deinde ostendemus. Posterior pars probatur; Quod per se fieri nequit, hoc, si debeat, aliena vi fiet, Sed quædam sunt, quæ virgo ipsa facere nequit, ut calceamenta consuere, tibialia consarcire, *Schuh flicken, hoſen ſtrieken,* ergo necessaria sibi fieri permittet. Similiter si virgo ad alteram Rheni ripam traiicere averet, id per se fieri ne-

quit: experto igitur nautæ eam provinciam demandare debet.

CONCLUS. 2. Virginis officium est se subjicere *das ist unterthenig machen:* & præsertim respectu virorum. Probatur quod non potest *quin*, hujus officium est se subjicere, sed virgo non potest *quin*. Ergo: Et quoniam hoc luce meridiana clarius est, non indiget probatione.

Dices primò: Nulla materia sive causa secunda, est altera causa nobilior, in suo sexu. Ergo cum virgo æquè sit causa secunda quam vir, aliud alio non erit nobilius, & sic sequeretur, quod virginis officium non sit se supponere, vel subjicere, Respon. Antecedens est falsum, & consequentia *Kahlgnug*, id est, utrumque negatur. Quia qui in agendo sunt fortes, illi sunt etiam magis mobiles, quia nusquam in Annalibus legimus mulieres Capitolia celsa Quirini extruxisse, aut palmam ante Pragam in Bohemia retulisse.

Dices 2. Quod non potest quin illum terminum te intelligere non posse, Ergo probationem præmissæ conclusionis non esse ratam. Negamus consequentiam, quia etiam nescis qualem barbam Lutherus nutriverit, quando America ædificata sit, qualis caseus ibi conficiatur. Ergo quod mentiris, ejusmodi non sunt Scilicet ex tuo captu Reverendus Doctor Martinus non habuit barbam.

COROLLARIUM. Cum dicimus, non

potest

poteſt quin, ſubaudi ſe ſubjiciat. Et quę debent ſe ſubiicere, earum eatenus eſt objectū & officium. Prhterea à largifluo *naturæ* inſtinctu humilius incedere, ſe ſubmittere, quædam creata oportet: Ergo, &c.

QVÆSTIO III.

Virgo cujus ſit generis.

NOTA quæſtionem hic non deſiderare genus Logicum, quod prædicetur in Quid, ſed Grammaticum, quod vim verbi enunciet.

CONCLVS. Virgo eſt generis dubii, aliqui tamen volunt, quod ſit communis, & eſt regula eorum: *(que.*

Eſt commune duûm, ſexum quod claudit utrum-

Sed ridiculum videtur, quod Virgo virginem incluſerit, de viro tamen intellexerimus. ſi vero urgeant actum generativum, concedimus. Quia *olim virgo (ein geweſene Jungfrauw)* maſculum & fæmellam edere poteſt. Noſtram verò concluſionem reiiciendam non conſeo, quia certò dicere non poſſumus propter repugnantiam, illa talis & talis, & ſic revocatur objectum in dubium.

Adverte, quod ſub nomine virginis intelligamus non vitiatam ſolum, ſed etiam defloratam, hem, intactam dicere volui.

QVÆSTIO IV.

Virginem amabat, quis pes?

PEs hic non sonat pedem quo nitimur, sed quo in construendis meretricibus utimur, inquam artibus metricis.

CONCL. *Virginem amabat*, dactylus & spondeus.

Prob. Dactylus, ut in Prosodia patet, constat syllaba longa & duabus brevibus, Choræus, longa & brevi. Sed *Virginem amabat* taliter se habet. Ergo, quia est Adonicum carmen. Sic rem acu tetigimus.

QVÆSTIO V.

Virgo in quo prædicamento ponatur?

RESPON. In passionis prædicamento Virgo recte ponitur. Quia passio est, à qua forma quippiam dicitur pati. Ergo; Quia miserę virgunculæ omni fortunæ se exponere coguntur, miseret me vicem illarum; unusquisque eas pro ephippio usurpat. Non est equus, sed est amabile pignus amoris. Sunt qui virginem esse cotem (*Schleiffstein*) garriunt, quod hodierne, eheu fugaces Posthume, Posthume, revera sic se habet. Sed bono animo estote virgines, omnium rerum vicissitudo est, vester luctus tandem convertetur in gaudium. Nam sicuti in Talmud legitur: Vestri persecutores tandem turpiter se dabunt

dabunt animoque deficient. *Sie werden ſterben als weren ſie im Waſſer, wir ein Katz gewalckert, ſo ſeyt ihr noch friſch* in ſempiterna ſæcula, Amen.

QVÆSTIO VI.

Num virgo diſtinguatur à Studioſo?

ANNIS abhinc aliquot, quibus philoſophiam tam completam tractare incepimus, clare cognovimus, nullam aut exiguam differentiam eſſe inter ſtudioſum & virginem. Quandoquidem ſtudioſorum manipulus mallet decem lectiones in conſiſtorio neglectui habere quam leviſſima cum virguncula converſationem, alio vultum vertunt, abeunt & me in ſuggeſtu blaterare parietibus relinquunt. Nec eſt puſionum puſio tam exiguus, ſtupidus, ignavus, qui non (ut Coloniæ moris eſt) filiam incucullatam. dum ſpatiantur, à dextris (ecce honorem adhuc deferunt) currentem, & affabiliter jocantem, ſubridentem & garrientem habeat. Non curant meam inſpectoris animadverſionem, *Sie achten mich nicht ein Heller*, & ſi illis aliquid dixero, ad ſuperfluum produnt mihi narrum.

Quos ego, ſi ſophicum cupiant penetrare lycæum,
Diſcrimenque minus, nec verbera dura verentur,
Antefores occultus, habent à tergore virgas.

Et buculos magnos crassa de stipite quereus,
Taliter excipiam, ut Divos miserescat in astris.
Quod si vero meis se non submittere flagris.
Instituant aliqui, hos ego delumbabo severe.

Cavete vobis, ex capite laboro, *ich hab Quinten.* Sed illud quoque Moguntiæ usu venire comperi, nimirum quod studiosorum & virginum ibidem sit tam mixtus ordo, indigestaque moles, ut nostri ad eorum similitudinem accedere frustra laborent. Convenitur in *Paradiso*, *in templo Iohannis*, *in summo templo*, *ad Rhenum in monte Iacobi*, præterea in sacris concionibus, horis indulgentiarum, ubi virgines & puellæ, non à concionatoris vultu & habitu, sed ab amantis intuitu circumaltaria D. Virginis defixę instar porcorum jacent. Et hoc hisce diebus aliquis juramento affirmavit, quod idem *Herbornæ*, *Sigenæ*, *Marpurgi*, *Francofurti*, *Argentorati*, *Basileæ*, *Lugduni Batavorm contingit.* Eam ob causam vela contrahere & connivere minutim convenit.

CONCLUSIO. Virgo & studiosus non distinguuntur, nisi sexu. Prob. Quæ quę-runt identitatem (id est interprete Ovidio, mutuum sodalitium) ea non distinguuntur. sed hoc inter studiosos accidit & puellas. Ergo. Major est Aristotelis: Minor edocta sufficienter.

QVÆ-

QVÆSTIO VII.

Quæ puella sit maxime amabilis; num rubicunda? an pallida.

NVLLA est quæstio difficilior in tota Philosophia, videlicet an pallida, num fusca puella amabilior sit? idcirco auxilium à Medicis petendum plerique existimant. D. Varandæus dicit pallorem in quibusdam mulieribus & virginibus esse fallibilem: Quoniam Hippocrates *chlorosin* (luteum colorem (speciem cachexiæ esse putavit. Alii pallidos colores icterum album, *das weisse Fieber* febrem amatoriam, *die bubleriſche Sucht*, & morbum virgineum appellarunt. Vnde & nos morbum illum ex mala opinione profectum, & mala libidinis cupiditate exortum censemus. Adde, quod virgines & uxores juvenculæ se fuco imbuere solent, quo pulchriores appareant. Quandoque malus ille & pallidus color internum morbum denotat, pulmonis, splenis, &c.

Deinde puellæ quæ rubræ complexionis sunt in iis sanguis abundat, & vocatur sanguinea temperies. Quocirca quæ per se sunt rubedini obnoxiæ, eędem sunt maxime veneręæ, & consequenter amabiles. Interdum tamen aliquæ etiam sunt rufulæ ex phlegmone, ex initio febricationis, quod cur non usque duret, minus periculosum esse augu-

rot. Quid igitur faciendum, ne alicui injuria fiat: ne inficiatur una; ab utriusque ſtabimus; ſed tamen callide.

CONCLUSIO 1. *Puellulæ pallidæ ſunt amabiles, ut ſex.* Prob. Quia cum eſſent amabiles ut quatuor, ulteriorem amabilitatem, ne ſuperentur, arte quadam & induſtria ſibi conciliaverunt, amabiles ideo quis eſſe negabit?

CONCLUS. 2. Puellæ rubicundæ adeo dulceſcunt, ut nihil ſupra, niſi illa rubedo ex effecto ſanguine proveniat. Prob. Omnia venerea ſunt amabilia, ſed rubedo virginalis eſt Venerea. Ergo.

NOTA. Mallem puellam fuſcam modicę proportionis quam pallidam. Nam etſi in utriſque color ex deſtructo ſuppoſito oriatur, tamen minus periculi in fulcis eſt.

NOTA. 2. Mulieres pallidæ potius ſunt Hermaphroditi, quam fuſcæ. Quia calor utrique ſexui ſubvenire volens, propter exiguitatem, nihil efficit; & hæc eſt ratio palloris adæquata. Exempli gratia. Bonus quidam vir Rhenum ingreſſus fuerat ab urbe Moguntina, talemque virgunculam in Hollandiam navi tranſportare volebat, paratis omnibus ad navigationem, foramen in fundo ad erigendum malum non inveniebat. Quid conſilii? fruſtra iter ſuſceperat, ejuſmodi damnum in tali virgine fecerat.

Si non credis, ego tibi non jurabo, quod illud
Non vidi, aſt uſu poſſe venire ſcio.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

Vtrum uno nixu perdatur virginitas.

TOT *sunt sententiæ, quot capitolia* inquit Flituerus. Nam quidam asseverant, virginitatem non perdi, quidam contrarium tuētur, ita ut quis excoquendo verum, sapientia exuatur. Negantium hæc est ratio potissima. Perdere est contento privari. Sed virgines virginitate non privantur. Ergo non perdunt. Minorē probant sic: Si privarentur, illa privatio esset quid reale: sed nullibi auditum est virginem membro aliquo mutilatam aut corruptam intrinsece aut extrinsece fuisse, sed experientiā docere, quod post nixum, āte nixum, tam bene virgines sint, quam in cunabulis primis, etiam mulieres vetulas eodem privilegio gaudere. Imo virgines, quibus non mens recta sed diminutiva placet (*die auff den Hundtsruck geweſen da man met Schwebelſpen umb ſich wirfft*) pulchriores, amabiliores & teneriores evadunt. Et sic concludunt; Ergo virginitas nixu non labefactatur, sed fortificatur, purificatur, consolidatur, & in vigorem restituitur amplissimum. Quod argumentum maximi momenti est, neque solutu facile. Quid ergo consilii? quo nos præsidio muniemus? dicemus mulieres non amplius esse virgines?

Nobis continuo tunc ligna in vertice ſtabunt,
Laniger æque colus, fœmina & æque manus.

Si dicamus, mulieres & vetulas esse virgines, cum puellæ in majori pretio habeantur, dicent.

Cum sunt puellularum
Et matrimoniatæ
Obscurioris uni
Flores, aduque quare
Libentius decorum
Lacessitis puellæ
Vos limen atriorum
Quam conjugis vetustæ?

Tunc sane actum est de nobis, *Dann haben wir eſt ein lange Mas bekommen*, tunc philosophia nostra, quanta, quanta est, merdâ consignabitur. Verum ita jejuni in determinatione non sumus: faciemus periculum.

CONCLUS. Non deperdenter perditur virginitas, cum deperdentia subjecti. Prob. Quod perditur sic, ut non perdatur, hoc non deperdenter deperditur, sed taliter perditur virginitas. Ergo, &c. Sine hisce terminis leviter & nugatoriè ad propositam quæstionem respondissemus, *wir weren kahl dar van gekommen*. Nam præcise sumendo nihil certi hac de re statui, potest. Speramus tamen hanc nostram conclusionem Virginibus & vetulis gratam fore.

TRA-

TRACTATVS SECVNDVS. DE STVDIOSIS.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit studiosus?

DVBITAVERUNT hac de re Academici Westerwaldenses, hi sunt rustici *Westerwaldt*, ut etiam Hercinii *das seind die Hertzwalder*. Hi esse vitulum marinum habentem cornua tria in fronte, illi monstrum peculiare, & effectum à recta hominum dispositione de generantem putaverunt, itaque Westerwaldenses quendam miserunt Coloniam, quæsitum qui & quales essent studiosi. Is summo mane stetit ante Bursam Laurenti, avide exspectans studiosos; tandem Iuristæ gladiati incesserunt in auditorium, ait ille, hicene studiosi, de quibus fama usque ad nos pervenit? talis quisque nostrum foret, si pallia (scilicet) & gladiolos circum latera gereremus. Sed,

Non faciunt spadi studiosum aut longa, Ribalde,
Pallia, non alte glomerans vestigia fastus.
Sed virtus studijque vigor cum Palladis arte.

CONCLUS. Studiosus est homo mirabilis à natura, cujus finis est rixari. Prob. Aut enim finis est Theologia, aut Medicina, aut

Iurisprudentia ; Sed hæ facultates non sunt sine rixis. Ergo. &c. Quod vero sit mirabilis patebit. Nam ille est mirabilis, cui aliquid ex instituto non succedit, atqui hoc sæpe accidit studiosis, cum plurimi desiderent fieri *doctores*, & fiant *agasones*: *Schulteti*, fiunt stulti: *Decani* & gaudent haberi *companatores æditui*. Deinde propter admirabilitatem & subtilitatem ingenii merito mirabiles dicuntur, cum pene decies aliquid legant antequam intelligant, & quædam scribant, quæ ipsi legere nequeant. Sunt ergo mirabiles.

QVÆSTIO II.

Opusne sit studiosis?

AD hoc Everhardus lignifaber respondet, tam opus esse studiosis quam ferre noctuas Athenas, *Es seye der studentem so notig, als dem Wagen das funffte Radt*, bona verba, charissime, lupus est in fabula: si studiosos, redundantes & superfluentes insimulaveris, male audies.

CONCLUS. Opus est studiosis, sed non necessario. Digna res est, ubi nervos intendas tuos, quia ultima primis, tanquam ex diametro respondent. Etsi studiosus hac de re interrogetur, hac ratione ei respondere potest.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

In quo prædicamento ponantur studiosi?

DICTVM est superius virgines commode poni in prędicamento passionis, superest denique, ut studiosi, qui nullam cum puellis discrepantiam habent prædicamentum seu seriem terminorum magis & minus communium adscribamus. Secundum Stoicos habent relationis prædicamentum, cui referuntur mediante institutione ad pręceptores suos, alii qualitatem, alii alia adscribunt.

CONCLUSIO 1. Non eversorie studiosus comprehenditur sub actione: Prob. Actio est quæ aliquid agit, aut rectius, qua aliquid agitur. Sed studiosi plurimum agunt, aut mediantibus studiosis multa fiunt; Ergo. Major est Aristotelis. Minorem deplorant multi hospites cum eorum fructus seu debita sustinere cogantur, & cum hospita mensam & scamna purgare vult, & reperit fermentum vetus, quod debet succinctorio (*mit den Schurtz*) coacervare. Et centena reliqua.

CONCLVS. 2. Passionem studiosis assignamus. Probatur ille qui terribilia quoque patitur, & infracto animo subit, illi apta est passionis series. Sed tales sunt studiosi. Ergo, Prob. minor, quia nulla vita sub sole calamitosior est vita studiosorum. Ab infima usque ad Philosophiam sunt scabiosi, & nescio quibus commilitonibus stipati deambulant, simulac

simulac ad Logicam pervenerint, è patria missam pecuniam dilapidant, hospiti servandam traduat, cauponibus mendicantibus *und Betlern, die fur den Zapffen stehen*, ac postea lupinam famem patiuntur, donec mittatur iterum quippiam. Immensa pecunia sine refectione fruuntur omnibus ludibrio sunt qui contrariam sententiam tueantur, dicuntque nullam vitam vita studiosorum esse meliorem & minus laboriosam. Sed ô quam bene quietis dentibus comedunt!

QVÆSTIO IV.

Quare studioso licet ferre gladium?

POLITIANVS. Quod si bellaforent, quid ad aspera promptius arma? Præterea in aperto hoste aperta sunt arma ferenda. Neque aliquem fugere reor, quæ insidiæ clam & aperte parentur studiosis ab indoctis sylvarum truncis, & Satyrorum fratribus. Notum est si studiosus parumper in plateis grassatus fuerit, quomodo excipiatur. (*wie mann einem solchen die Haub rucket die Gerf wasſert*) tunc necessario se defendere debet, & hæc est moralis ratio. Deinde generalis est, quia dignitate cæteros antecedunt propter ipsorum jura privilegia & dignitates. Particularis ratio est *Iuristę*, scilicet gerunt, gladios, degos, plantos, & pugiones, ut quod legum demonstratione

tione convincere, rabulosa garrulitate inflectere codicillorum aperitone, Decretalium expositione non possunt superare, sanguine etiam fuso victoriam obtinere non expavescant.

Medici gladiati visuntur ut cum patientem accedunt, suisque massecatoriis & sternutatoriis nihil efficiant, morbus qualiscumque sit à tam armato hoste (*von einen armirten Cavalier*) sibi magnopere timeat.

Loco vero gladiorum *conviciantur Theologi*, libros edunt, aliosque fædissime perstringunt, in concionibus quorundam sepulchrum apertum.

QVÆSTIO V.

Cur studiosorum cohors majorem gratiam apud puellas invenit quam Ribaldorum, Coridonum & Menalcarum?

ADVERTE, ad intelligentiam, illi studiosi, duo. Primo est studiosus omnis is, qui studiis operam navat. Secundo, de quibus posterius loquimur, studiosi perfecti sunt, quibus per depositionem grobianitas excussa est, quam beneficentiam priores nondum gestaverunt.

Sit similis, sensumque trahat, dignoscat & anceps,
Hoc petit in socio Virgo venusta viro.

Aut

Ait Poëta: Ex quo educimus, non unumquemque Knebulorum illi cæleſti muneri propter defectum præeſſe poſſe. Præſertim cum temperamentum peculiare ineſſe fœminis Varandeus inſinuet propter quod paratiores ſunt vel ad hunc vel ad illum actum ſuſcipiendum concurrentibus cauſis aptis, ſimilibus, reipſaque ex deſiderio natis. Quod bipedes bubulci corticeſque ſylveſtres proſtare nequeunt, propter groſſitatem & inſitam ligneitatem indolatam, ut philoſophicè loquamur. Si quis autem affectus puellarum eſt, non ob identitatem humorum, ab iſtis ribaldis reſtingui poteſt. Medemur ergo contrariis receptis in unoquoque morbo: exempli gratia, in calido, damus frigida, & è contrario; Proinde quis refutabit commune Medicorum axioma. Mulierem eſſe natura humidam & frigidam? qua propter eam curare volens, alterare diætam, ad ſicca & calida quantum ſufficit, debet. Sed tales ſunt ſtudioſi depoſiti ſenſuales, illi ſunt ſicci & calidi, adeo ut vel minimum humidi niſi nativi, ex ipſis extorqueri poſſit: & hoc adepti ſunt per depoſitionem. Quis neſcit ſaltus, curſus, verbera, quæ humidi & frigidi copiam in ſiccum & calidum transferunt? nam cum fuſtibus male mulctantur, ſtatim ſudant, etiam ſi in media hyeme foret, ſicut de leporibus ſcribitur, qui (ut credibile eſt) antequam vexatione agitentur, ſunt calidi & humidi, ſed capti à canibus &

incr-

mordicitus apprehensi, confestim luce clarius mutantur, adeo ut propter siccitatem adeptam non comedantur, nisi adipis vel pinguedinis quid admistum sit. Hinc infero quod studiosus talis commode in medicinam laborantis puellæ propter vim contrarie agentem adhiberi possit. Contra *aselli (Stockfisch) krebelliones*, aut potius *Cornipedes Fauni*, qui adhuc à primis unguiculis istam crassitudinem præ se ferunt, gratiæ nihil aut summoperè parum à virginibus ineunt. Siquidem retro pecora, in caulis, stabulis pernoctarunt, & nativi humidi & frigiditatis Grobianicæ nondum expertes sunt. Atqui ut gravissime docuimus, eodem nihil fit; id est, quod ejusdem temperiei est. Ergo pecora pascant, aggregenturque, in numerum caprorum, caprarum, capellarum & hircorum. Certe Poëtæ verba, *sensumque trahat dignoscat & anceps*, in solos studiosos quadrat: cum ille sensum trahere, sentire non possit qui eum per depositionem nondum assecutus est. Sed tales sunt Hengstii campestres, palustres, cum mihi facile persuadeatur, quod caput decies trabi allidant, quam eandem sentiant. Ergo exoptato accidunt studiosi præ cæteris puellis, virginibus & reliquis matronis, quibus exvadavit natura, & non nisi oppositio repelli valet.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

An sit opus deponere studiosam?

NOTA. nomine studiosæ intelligimus virgunculas, quæ ob munificentiam ingenii in studium artium incumbere, & partim cum studiosis conversari consueverunt, nam pares cum paribus facile congregantur *Dieweil es ein Ey ists, ists aus auch ein Küchen.*

Restat nunc quæstio, an eam, quæ nominatur studiosa, ex jure studiosorum deponere, & verberibus depositoriis, *das seind gutte Kropstosz*, affligere conveniat; aliqui negant, ut sunt Conimbricenses, Suarez tamen concedere dicit, sed in confuso: Quidam Cujacium, Bartholum & alios Iurisconsultos explicantes dicunt, qui admittitur in hæreditatem, admittitur in privilegia & similiter in onera, debita, æs alienum. Vti qui renunciatur comes, jam habet parili ratione jus comitum, &c.

Nec per vulgarem substitutionem extinguitur *leg. 4. de vul. subst. Coruf. lib. 4. miscell. Donell. 6. comm. Fachin. lib. 4. controv. Vasquius libr. 3. de succeff creat.*

Suarez putat non insulse & ruftice tractandas, *man sol nicht zu grob handlen*, item Hartedo & Toletus *disp. 4. lib. 11. phys.* quia opinio non quidem mala, attamen non satis solida est. Pinell. & Wesenbec. *imparatil. Aprohen.*

hæredum. nu. 2. dicunt, habendam esse rationem pudoris. Catharina Ignifera *lib.* 3. *de depos. fœminali* ait quod mihi factum est, etiam aliis fiet, quoniam ex eo mortua non sum. Adstipulatur Elsa de Kamber, tractat: de suppositione Logica & physica, qui libri lectu digni sunt; inter cætera sic ait, semel deposita sum, & si semper tam benigne mecum ageretur, singulis diebus me submitterem, sed in quibusdam locis habent depositores tam ingentes causas & baculos ut primo intuitu quis terrefiat, & fœminalis imago non perhorresceret?

Concludo. Si studiosorum privilegiis, bullis & annexis uti puella velit, debet se submittere depositioni, pro qualitate personę. Prob. Iura sibi mancipans sibi debita, sed studiosorum jura sibi mancipans puella, si qua inveniatur, etiam obibit in partem debitorum; qui una vult furari, una quoque debet pendere, attamen, inquit Suarez, clementer tractandæ sunt, ne animi deliquium patiantur.

Cautela. Vbi studiosa deponenda, honestatis ergo secedendum à publico, ne rubore afficiatur, & præsertim vesperi cum exiguus est concursus. In inferiore parte eam tamen plus flagellent, quam in superiori, quia teneritudo capitis id non potest quod crassitudo vestimentorum sustinet.

QVÆ-

QVÆSTIO VII.

Vtrum abrogari conversatio inter studiosos & puellas possit de jure, nec ne?

ANTE tres annos, ut memini, eadem in publicis thesibus mota est quæstio, sed nihil præcise determinarum. Quidam doctores hic nimis rigidi sunt, dicuntque conversationem cum studiosis puellis periculosam esse, quia *Anguis latet in herbis*, & quia *proximus ardet Vcalegon*, & sic adolescentibus & puellis aqua & igni interdictum volunt.

Quid juvenes fecere mali, cultroque puellæ?
Tanta sævitia, tantaque tyrannide pessum
Vt deceat mores, & cognita fœdera longo,
Vsu, & fraterne magnalia sternere dotis?

Turca non ita sævit in sanguinem juvenculum ut illum fame perire patiatur, & nos quibus cœlica illa clementia inculcata esse debet in plantulas juventutis tenerrimas sæviemus? Apage: Nos studiosi iis contenti non sumus, & procul dubio taliter virgines loquuntur, cum audiunt tam siniſtram in se legem ab Eunuchis doctoribus & cæcutientibus magistris esse latam. Scriptura longe aliter judicat & facit cum *confratribus*, *sie helt jhnen die stang*.

CONCLUSIO. Abrogari usus conversationis & cohabitationis inter studiosos & studiosas nequaquam potest.

PRO-

Probat. Quia ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum, imò debet esse. Sed majorem studiosus acquirere thesaurum non valet, quam pulchram & ornatam puellam: unde apud Germanos dicitur, meum corculum, meus thesaurus, *mein Hertz*, *mein Schatz*. Ergo non potest nec debet.

Major est Theologorum, quam si quis oppugnare velit, statim hæreticæ pravitatis, & novæ sectæ arguetur: propter id cavete vobis Zoili, antiquum obtinemus, religiose secundum receptam religionem vivimus. Vetus & recens testamentum legimus, nec est sententia, quæ non à nobis magna cruce ✠ notata sit.

Exin expertum est, quod in segregatione duorum continuatorum utrumque pereat, quia non venimus per accidens, sed vere & substantialiter. Nihil etiam est tam triste sub cœlo, quod quis aliquem nimis accurate observet. Cum filia domo egreditur, fortasse ad repetitionem jam adest ancilla, jam mater, mox soror & frater sicut mihi & amasiæ meæ, accidit, cum illam ante ædes opperirer, egrediebatur, nos autem citato cursu progrediebamur, at si quis stimulis nos pungeret, *als wen es hinder uns brent*, ad hæc Mater.

Quò; quo scelesti ruitis, aut cur corbula
Aptata subligaculo est?

Id est, quo curritis homines nequam, & tu cur corbem abscondis: forsitan de Diabolo

lo somniavit, quod filia scilicet, haberet cantharum in corbe plenum vino.

QVÆSTIO VIII.

Quæ summa quisve finis studiosi & studiosæ?

NON mediocris disceptatio, sub hac æ. væstione occultata est, & multi doctores Theologi & Iuristæ venerunt in controversiam haud vulgarem. Illi enim dicunt finem esse, ut Deus & proximus sincere diligantur: cujus rei symbolum fuit in duas tabulas ab uno calamo facta distinctio. Hi asserunt studiosorum finem esse studere & disputare. Elsa vero de Camber ait, studiosus & puella ideo conveniunt, ut aliquid discant non speculative sed practice, quæ opinio improbanda non est si quis eam rite examinare velit.

CONCLUSIO. Finis proximus studiosi & studiosæ est, librum generationis & corruptionis, causæ efficientis, an Idæa causet efficienter, enucleare. Probat. Finis est quod dat influetiam, & primam propositionem concludendi; sed propterea simul literis operam navant ut sciant; an verum sit, quod veteres de generatione docuerint, utrum definitiones conveniant definito. Ergo finis est, &c.

CONCLUSIO 2. Finis secundario est. ut alter alteri, ubi difficultas fuerit, explicet textum.

PRO-

PROBAT. Quia plurima in libris occurrunt, quæ quis primo intuitu comprehendere non potest, & sine ipsis res subsistinere non potest. Ergo. Exempli gratia, puella in Aristotele legit, quod quinque in agente & patiente requirantur, *existentia*, id est, quod uterque debeat existere, *inæqualitas*, hoc est, personæ debent esse inequales, vir & fœmina: *similitudo*, hoc est, uterque debet esse homo *vicinitas*, hoc est, non debent distare, *aptitudo*, hoc est, pro ratione temporis, ætatis & personæ convenira debent. Iam verò studiosa hos terminos intelligere nequit, accedit aliquem condiscipulorum, inquiens, Domine, quid hoc sensus, expone: mox ille exponit, donec satis est. Itaque secundarius finis est terminos explicare, qui etiamsi aliquo modo duri & asperi sunt, cavendum tamen ne omnino iisdem intricemur, confusionis gratia, etsi detur regressus, qui si negaretur, nemo hanc telam ordiretur; ipse non tentarem, neque tantum molestiæ subirem, ne mihi diceretur, *Medice cura te ipsum.*

QVÆSTIO IX.

Licetne studiosum incarcerare?

RESPONDEMUS, quod non. PROBAT. à Decoro, quis tam nobilem sapientiæ gemmam, perlucidam margaritam in fœ-

in fœdissimas custodias includere vellet? non sumus fragmenta ollarum.

PROBAT. ab impossibili Continens debet majus esse contento. Sed talis carcer non datur. Ergo, &c. Minor Prob. Nam communiter loquendo studiosus ubivis est, Romæ, Neapoli, Bruxellis, Coloniæ, &c. particulariter, tamen interdum periclitatur. Sed illa maxima fit injuria, si ibidem essem non paterer: non enim porci sunt ut includantur stabulis *Wir seind kein Sew, sondern das aller edlicste Blat, als jch wer, und wierdt sein.*

Nisi aliquis similitudine Moschi diceretur: nam dicitur, si quis Moscum qui odor bonus defecit, includat labrino, quod confestim propter fætoris duellum, antiquum odorem recipiat. Sed non est cura de perdito vigore nobis.

QVÆSTIO X.

Beanusne in depositum agere potest?

CONCLUSIO Minime gentium; sit cujuscumque professionis velit, Doctor, Magister, Baccalaureus, Ecclesiasticus, secularis. Nam quid Sus cum Minerva? quid Beanus interrogaret, cum ipse nihil sciat, injuriam alii faceret, quia sensuum expers est. & quid loqnatur, nescit, quod videt, cæcè, videt; quod audit, surde audit: quod olfacit non

nonsentit; quod tangit, tanquam de querno robore frustum saxo allisum non advertit; uno verbo sunt *Rustici quadrati*, *Es seindt rechte Flegel Bengel*, *und Kloppel*: Et si quis talium aliquem Dominum deponendo pileum salutaverit ejusdem farinæ esse apparet, eo honore digni non sunt, in *Canis ædes* eos abdere oportet, *zum Hundtstall*, & postquam mortui fuerint, asininis crepitibus sepeliendi.

— — — *quippe Beani*
Fossorum similes, Caprimulgorumque ferorum
Sensibus humanis expertia pectora vivunt.

TRACTATVS
TERTIVS.
DE HOSPITIIS.
QVÆSTIO PRIMA.
Quid sit hospitium?

HIc sedulo investigandum censeo, quid authores antiqui & recentes. de hospitio senserint. Cicero diversorium appellat, hospitalitatē alii, sed hoc est valde quadragesimale definitum. Nam studiosi libenter apud omnis generis homines habitant, peculiari cellula gaudent, præsertim antea vermibus obnoxii

fuerunt, & se ad recentiorem cumulum dimittent. Non facit in Palatum nostrum, jus hoc non satis conditum est.

CONCLUS. Hospitium est œconomicum receptaculum constans ex hospite, uxore, & ancillis meliusculis, ubi advenis studiosis necessaria corporis pro pecunia non iniqua administrantur. Hoc quoniam satis notum, non indiget probatione. Hospitium vero, quod prioribus requisitis caret, hospitium vocare non ausim, hoc ideo dico, ne quis pecuniam suam consumat in sordido loco, *in einem gerstigen Winckel*, ubi scilicet hospes solus ad mensam à poculis est, hospita in culina sola in cibis coquendis versatur. ornatior vero ordo est, cum cursitant mistæ puellis puellæ observantes, an in mensa quid desit. Econtra posito ubi tales observantes non sunt, ibi recta methodo non proceditur, nam raptis à prandio patellis infunditur cœna, ita ut dubites, utrum scutellæ lotæ sint nec ne. His scopis purgationis gratia opus foret. Hospitia optima sunt Moguntiæ in speculo, Coloniæ in sydere, aureo porcello, cygno, Francofurti in Corona, sub signo Aquilæ, Poppardiæ sub Ense, Lugduni Batavorum in aureo cornu. Pessima subinde ob tædium ne quoque confundantur, non significabo.

QVÆ

QVÆSTIO II.

An jure hoſpitii liceat uti ſtudioſo?

IVs gentium & civile inhibet, quod qui venit in locum, venit etiam in jus, & qui venit è loco, veniat è jure ut *Concl. lib. 3. Pancrat. ff. 6. lib. 8. Cornel. tract. 10. ff. 5.* & unicuique ubi vis proſtat ſua patria pro pecunia, nec ulli denegatur jus.

CONCLUS. Iure hoſpitii licet uti ſtudioſo. PROB. ſuperiori axiomate Iuridico. Deinde ratione: uſus fructus eſt jus aliena re utendi, fruendi, ſalva rei ſubſtantia, ſed tale quid hic fit, cum divertuntur ſtudioſi apud hoſpites: Ergo, &c. Nam neminem occidere volunt, propterea non venerunt illuc, ſunt pauperes Diaboli incarnati ſubſidium quærunt: non ſemper ſub gelido Iove tutum eſt dormire. at ut eis clarius intelligeutiam præbeamus, hac inductione probabo. Quare emis pomum, nunquid ut eo fruaris? quare intras templum, nunquid vt in eo omnia Chriſtiana exercitia uſurpes? Quare iter facis Romam, nunquid videndi Papæ gratia? Quare à Iudæo accipimus veſtes mutuas pro reſervato debito, nunquid ut eis utamur. Ergo ſtudioſi non intrant popinas jocandi gratia, ſed ut ſemel cum neceſſariis jure utantur. Hæc eſt egregia probatio quæ nititur grallis *ſie gehet auff ſteltzen*, Nam manifeſtum eſt, neminem ingredi tabernam

diverſoriam, ut pila ludat. Ambigis adhuc; Nunquid ſi vicinæ ædes incendio abſumerentur, ſi hoſpitium peteres, eatenus quatenus tale ſuſtentaculum eſt, tu te ipſum ab incendio ſalvares ſi vero te ſalvas in alieno, Ergo alieno jure uteris.

Fibula Scias, quod quicquid ſit in hoſpitio pertineat ad jus ipſius, ut ſunt *ſervi*, *ancillæ*, *Domina*, *filia*, & cæt. quibus aliquando in neceſſitate uti potes. Servi ſcilicet equum curare debent: Ancillarum eſt, lectum tuum ſternere. Vxor pro ſtomacho tuo, quando flaccuerit, ex præcedenti potatione, Julepum conficere debet, quo paulatim recreëris, circa cor & umbilicum: Filia, dum is cubitum, lucerna tibi præire poteſt & ſimilia.

Nota. cum hoſpes nimis ſuſpicioſus eſt, non eſt bonum ibi manere, egredere & excute pulverem è calceis tuis. Non enim bonum eſt veſperi ſuſpicari cum juvenes Studioſi cubitum ſe conferunt, tunc enim aliquando lucerna extinguitur & fit maximus tumultus.

QVÆSTIO III.

Cur rara inter hoſpites & uxores præſentibus ſtudioſis eſt concordia?

QVIDAM dicunt quod de nocte, dum ſtudioſi aridas & ſiccas fauces habent hoſ-

hoſpes cogatur ſurgere, & ſiccis fratribus promere, ſed interim hoſpita lectum circumvoluit, ut hoſpes cum redierit, in ſponda dormire teneatur, quod illum male urit. Si gravetur ipſe ſurgere mittatque uxorem ſuam allatum vinum, tunc ipſa honeſtatis ergo proficiat, dicere debet & ultra neceſſitatem bibere *Sie muſz eins uber Nacht annehmen.* Quod ſi redeat ad hoſpitem, anima ipſius tam graviter fætet, ut ſuſtinere non poſſit: Quia jejuno ſtomacho facta concoctione grave olentia vix perferre poſſumus. *Galenus Aphor.* Alii ferunt, quod ſtudioſi optimo veſci petunt, quod negante hoſpite uxor illis largiſſime propinat.

CONCLVS. Hoſpites raro intelligunt latine, meliuſcule uxores.

PROB. Naſcitur zelotypia, cum id, quod ignoramus, ab inferioribus fieri cernimus, ſed hoſpes cum non intelligit latine, uxor ſtatim ad nutum attendit. Ergo. Majorem præſupponimus certam. Minorem experientia probo. Nuper Argentorati cum quibuſdam magiſtris doctoribuſque Baſilienſibus divertimus ad inſigne galeæ *im Helm*, è proſtibulo ſalutabat nos hoſpes & hoſpita tanquam honoratos viros. Cui ego: Hoſpes dignetur nobis accipere amphoram Rhenenſis, ut laſſitudinem corporis pauliſper reficiamus, hoſpes me aſpiciebat neſciebatqae qui vellem: mulier intelligens proſiliebat: neſcis mi hoſpes,

quid hi boni viri desiderant, vinum Rhenense, *das ist*, *Rheinischer Wein*, corpus significat ventrem, *der Bauch*. Itaque volunt corpus reficere, ad nutum animadvertebam vinum album veniicio. *Albis*. Succensus Hospes, Mulier. mulier, inquit, quem exitum? ait illa, ut introitum. Noli mihi hospes istud in malam partem interpretari, sæpe oportuit me humiliare ante studiosos antequam tantum didicerim, sæpe illis humillima officia præstiti. Heus si vesperi studiosis quoque calceos detraheres, sic etiam aliquid disceres. Nos autem credimus eam, antequam nuberet hospiti, fuisse studiosam.

QVÆSTIO IV.

Si hospita riserit cum studioso culpabiturne?

RESPONDEMUS nullo modo, *Honny soit, qui mal y pense*. Nam omnis homo est risibilis, & potest fieri, ut Studiosus aliquid novi afferat aut fabulam aliquam narret, quam hospita nunquam audivit aut vidit, ex quo probabiliter sequitur eam ad risum concitari. Deinde me æque bene excipit quispiam risu, quam torvo vultu quum ex eodem proveniat subjecto. Quid novi videtur? aliquando res præter opinionem accidit, *under weilen wirt die Kart verfalscht*, imprimis cum studiosus sciat *Hispanicam* Pa-

ter

ter noſter, quod milites ante triennium in Palatinatu confecerunt. Sed quoniam inde nihil dependenter cognoſcitur. Ergo, non culpabitur.

QVÆSTIO V.

Detrahatne auctoritati ſtudioſi, ſi hoſpitis prolem juniorem ſcilicet, ulnis in hoſpitio geſtat & deoſculetur.

TOLETUS dicit quod detrahat, dicitque ſtudioſum invigilare debere libris. Negat Petrus Molina, Vaſquius & nonnulli alii, dicuntque eſſe ſignum humanitatis.

CONCLUS. Non detrahit auctoritati ſtudioſi geſtare puerum juniorem natu hoſpitis & deoſculari.

PROBAT. Lex naturalis dictat, quod frater fratri ſervire debeat in decentioribus. Sed ſtudioſi ſunt fratres, & incertum, cujus opere puellus (reſpectu hoſpitis) editus ſit. Ergo, licet & nihil detrahit. Nam nullus hoſpes dicere poteſt, hic eſt meus puer, non minus ac Paterfamilias qui Gallum unum & gallinas tres alit, interim Gallinæ alio vagantur, ubi alterius ordinis galli ſunt, quibus ſe gallinæ propter novitatem ſubiiciunt, cum crebritas ejuſdem odium gignat, & ſic paterfamilias non poteſt dicere, hæc

gallina hoc ovum peperit mediante meo gallo. Ergo, quod volebamus.

QVÆSTIO VI.

Quod si hospes nimis importunus sit, liceat ne verbera admiscere?

RESPONDEMUS. Licet: non ad eum quidem modum, quo jubentur milites in campis congredi & se ad sanguinem usque verberare, tanquam hostes, inimici, & raptores bonorum omnium: ab longe inferiori gradu nimirum veluti obmurmurantes inspectores hospites verberamus. Non licet ex suspicione judicare, & si quis ei adversum aliquid fecerit, statim dabit pœnas. Nam studiosos nemo potest cogere, ipsum Diabolum parvi faciunt: quocirca si bene tecum actum velis, noli cum illis rem habere, ita omnia salva erunt, juxta illud.

Non frenos, non vincla subit studiosus, at effrons
Ira petit, liberque agili jactatur habena,
Altior ingreditur, cui si commoveris iras,
Væ tibi! non impune feres, memor iste suarum
Virium, in ærumnas te præcipitabit atroces.

Modum vero omnia mala vitandi hospes ex præscripto intelligunt: nimirum hospes in mensa monebit, & quicquid in mensa appositum erit, boni consulet, uxor verò & filia in culina relinquantur. QVE-

QVÆSTIO VII.

Segregabitne hospes merito filias à studiosis?

CERTUM est, quod ex conversatione duorum oppositorum nihil boni proficiscatur; quocirca separare tutissimum erit. Secundò si pater familias habet pueros infantes illos à consortio studiosorum excludere potest, ne vagiendo & fætendo molestias illis exhibeant: certè studiosi ea musica non delectantur. Eatenus igitur Paterfamilias pueros à studiosis abscondat, ne forsan aliqui sint, qui illos virgis acriter cædant.

CONCLUS. In filiabus debitam ætatem (decimum sextum, 17. 18. 19. 20. & cæt.) attingentibus, propter augmentum prudentiæ non est rata segregatio. PROBAT. Illud ratum non est quod studiosorum confidentiæ oppugnat: sed segregare virginem puberem à studioso oppugnat confidentiæ studiosorum. Ergo non est ratum: Major est certissima. Minorem probo. Nam si quis leporem assatum è conspectu meo eripit, ille mihi amplius non fidit, alias relinqueretur, si perinde foret. Ex hoc stulteſcere apparet, & parum sapere talis videtur, dum duo fallibilia insulse sibi præsumit, infidelitatem nempe studiosorum & imprudentiam virginum. Nam metuit insidias à studiosis: quasi officium eorum esset insidiari, putat præterea studiosos non esse fideles, timetque ne obsignatum cubile refringant. At-

qui hoc absurdum est, imo inauditum, studiosum ut sic furtum fecisse. Ergo. Secundò presupponit filiam ipsius non satis sapere. Stulte tuam ipsius familiam ignominia afficies? cum annis provenit sapientia. Ergo, quod petimus, non segregabis filias tuas à studiosis, à quibus multa bona omniaque decentia discere possunt; siquidem arbor bona malum effectum præstare nequit.

OBIICIES. Filias meas nere, & texere telas faciam, sed hoc à studiosis discere non possunt. Ergo, Minorem probo, quia ipsi tanquam muliebrium artium experti circa libros versantur.

RESPONDEO. Data majore; Negamus minorem. Nam novi quosdam studiosos, qui tam bene nere & texere possunt *Flicken und placken*, ac si per decennium didicissent, non quadrat, Noli ergo segregare filias.

TRACTATVS QVARTVS.

DE POTATIONE.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid est Potatio?

DVPLICEM esse potationem patet, unam civium opificum & rusticorum; alteram studiosorum studiosarumque, & ambæ tamen inter

inter se distinguuntur realiter, prima est, copiosa vini in ventrem sine modo per guttur ad nauseam usque infusio, ex hac ut plurimum sequitur vomitus *ein Kalb*. Posterior est humida trium, quatuor, vel quinque confessio, quibus vinum moram gerit: & hi angelis, hem Angils dicere volui, non impares feruntur. omnia ridicularia hic agitantur: disputationes jucundæ, blandæ, concinnæ, amabiles, hinc inde oriuntur. Cur Venus pingatur nuda? cæca? quid significent tela veneris, & similia egregia proverbia. Ibi quoque aliquando disseritur de constitutione Microcosmi, generatione & corruptione, de materia, forma secundum Physicam Aristotelis.

Hic modus arridet nobis, hæc gaudia tantum,
Appetimus, nõ hinc retrahet nos atra Noverca,
Mancipium corvi Cacodæmonis, unica mens est,
Vivere cum tali, cum tali occumbere turba.

QVÆSTIO.

Vtrum ultra Rausserum, ut vocant, bibere liceat?

HÆc quæstio plurimos traxit in controversiam, attamen dicant quidquid velint, Medici corporis naturalis tutores aversantur, nihil faciunt, nominantque plenitudinem ad vasa, cum quis ita madet, vt corpus illius, pluris vini capax non sit; deinde plenitudinem ad vires dicunt, cum quis ita ebrius fuerit, ut corpus plus vini perferre.

CONCLUS. Vltra Rauſſerum bibere non licet. PROBAT. ea quæ ſua malitia ſic gratiam gratis datam excludant, ut neque in hoc ſæculo, niſi ægrè admodum, neque in futuro remittantur per ſe vehementer abominandæ ſunt, & non licet. Sed talis eſt potatio ultra Rauſerum. Ergo, non licet. Major eſt Theologorum. Minorem probo. Quæ humanæ, fraternæ charitatis jura violant, ipſo facto gratiam excludunt. Ergo, Et hoc experimur in nuptiis, conviviis, nundinis, encæniis & aliis congregationibus, ubi homines mira metamorphoſi transformantur in beſtias, aſinos, porcos, tygres; ex iis quoque actibus, oriuntur homicidia, ſtupra, &c.

QVÆSTIO III.

An liceat in potatione adhibere alveolum aleæ cum teſſeris & orbiculis?

RESP. Sunt qui affirment, adducti hac ratione; quia animi noſtri ludo aleatorio recreantur, & ingenia ſtupida exacuuntur. Sunt, quorum cerebrum ad mentionem tabulæ aleatoriæ finditur, & quorum cor guttatim tabeſcit, quaſi in aquâ indideris ſalem.

CONCLUS. 1. Animi cauſa alea uti licet. Hoc totus mundus fatetur.

CONCLUS. 2. Pro lucrandis pecuniis tabula aletoria ludere non licet.

PRO-

PROBAT. Quodcumque hominem ad ſummam paupertatem redigit, eo ludere non licet. Sed tale quid efficit ludus aleatorius. Ergo. Majorem nemo ſanus negabit. Minorem probo. Exemplo Sidonii, cujus res hac viâ ad reſtim redierat.

Verba Sinodii ſunt.

Ludus aleatorius (dum adoleſcens eram) exuit me miſerum in quadam cauponula primo omnibus nummis meis præſentariis, tum mutuatitiis, deinde villis, agris & poſſeſſiunculis, ut ne haria quidem ſuilla mihi ſupereſſet, aut tantillum loci ubi catellus cubitare poſſet. Poſtremò verò omnibus tunicis cum amiculo & crepidulis: ut ne intima quidem tunica ſupereſſet, ut te non homunculum denudatum, ſed cuculum hybernum deplumatum ſpectare putaſſes, verum eſt quod commemoro. Imo Diogene illo cynico longe pauperior eram, nam illi reliquum erat dolium verſatile quod ad faciem ſolis diurni (inſtar ſolſtitialis herbæ obverſabatur, mihi vero præ nimia paupertate, ne cavea quidem viminea, (ſub quam gallina cum pullis ſuis ſuccubare poſſet) erat; erat illi tunica interula, palliolum, quod ſupernè circumjecerat, mendicorum ſupellex baculus & pera panaria, mihi vero, proh dolor, nihil horum erat, non modò videbar Diogene, verum & quovis mendico circumforaneo pauperior. Quod cum (licet ſero) animadverti-

tissem, nec ullum verbum ac ne tacitum quidem gemitum quivi emittere, post aliquantulum temporis occepi meam fortunã meosque casus graviter ingemiscere, & vacuas manus sæpiculè complodere, pedesque incertis alternationibus commovere, modo hanc modo illam capitis partem (quæ mihi non pruriebat) adscalpere & ore semiclauso balbutiens (nescio quas querimonias effutire. Tandem dolore ingravescente subitò velut lymphaticus incepi victorem meum imo herculè, expoliatorem omnibus maledictis (quæ quivi comminiscier) onerare, compellans eum trifurem, latrunculum, sicarium, veneficum, patriæ proditorem, parricidam, sacrilegum, perjurum, legirupam, perniciem adolescentum, & cum dictum libratum pugnum in ora ejus impegi, ut gingivas ejus edentarem. Ipse vero extemplo mihi caput correpto de mensa alveolo excerebrasset, nisi unus ex collusoribus nostris Mysargyrus nomine (qui assidebat) altrinsecus interpedisset, & rixas nostras interceptu diremisset. In ipso ferme temporis puncto accurrit minister cauponis, qui me miserum affatim plagis castigarum forinsecus adjecit, & tres canes villaticos feros atque immanes è cavea sua (in qua per tempus diurnum concatenati cubant) emisit, & in exitium meum inhortatos immisit: qui signo solito ministri cauponis incensi furiosaque rabie conciti & allatratibus horrendi eunt in

miſerum. Quod cum vidiſſem illico ſilicem quendam de via tremundus corripui, correptum in caput propinquioris canis accurrentis magno niſu contorſi, ſed impetu caſſo per extremum dorſum tranſcurrens lapis contra opinionem meam deciderat in terram innoxius, quo lapidis jactu canis alioquin exaſperatus, furioſus me miſerum rabido rictu aggreditur, aggreſſum terræ guttur applosit, applosum ipſe (cæteris canibus coadjutoribus) membratim diſcerpere tentavit. Sed in eodem pene momento, accurrerunt viri ruſticani (qui meum miſerabilem ululatum cognoverunt) allaturi ſuppetias, hi cum fuſtibus, iſti cum ſurcis bicornibus, illi vero cum perticis quibus ſegetes demiſſa in area flagellantur, qui ubi appropinquavere non modo armis ſuis ruſticis; verum etiam ſublatis clamoribus canes abs me abegerunt. Abactis igitur canibus me miſerum humi ſtratum in pedes ſtatuerunt, & corpore meo ſanguinem laciniis & quibuſlibet aliis panniculis deterſo igitur ſanguinis profluvio, acceſſit quidam ex amicis meis, cui nomen erat Eleus, qui me miſerum apprehenſum, ad ædes fratris majoris natu perduxit, qui ubi cognovit me à canibus admorſum & variis vulneribus diſtractum, ſtatim medicum vulnerarium cum pyxidiculis unguentariis acciri flagitavit. Hic fuit infelix eventus iſtius Sidonii.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Ergo habemus intentum. TRA-

TRACTATVS QVINTVS.

DE MECOENATE.

QUÆSTIO UNICA.

Quid sit Mœcenas?

NON diu hærebimus in hoc tractatu, si modo nucleus ad quem tendimus, subito prostet. In hac autem quęstione solummodo dicendum erit, quid sit Mecœnas, hoc est, amator studiosorum: communis est sententia, quod inter viros nulli aut pauci reperiantur. Quo permota *Veronica Spierlitzna in tract. de mec. & stud. cap.* 10. *dict.* 3. aperte dicit: *Horatium & Virgilium* non fuisse amatos propter doctrinam à Romano quodam nobili, qui fuit intimus Augusti Imperatoris, sed à diversis virginibus, quas propter benevolentiam Mecœnates appellant. Et si quis Georgica Virgilii cum Eclogiis diligenter inspexerit, facile animadvertet, quod sub masculino semper fœmineum putaverit, & amores sub obscuri nomine prodiderit. Ejusmodi Mœcenatem quoque Naso habuit, ob quam potius, quam ob scripta de arte amandi relegatus fuit. Etiam ratio dictat viros non esse Mecœnates studiosorum, nam aut sunt docti aut indocti;

docti; ipso facto contra morem suum agerent, quia docti ne saperentur, oderunt doctos, indocti susque deque habent doctos, quare ergo amarent?

Conclus. Mœcænas est homo habens nasum, oris superficiem, mentum, propter rem unam à viris distinctus, qui singulariter est propensus erga studiosos. Ex quo patescit esse fœminam: quia inter fœminas, ut eruditum est plures reperiuntur, quæ in studiosos bene animatæ sunt, ob rationem physicam.

TRACTATVS SEXTVS.

DE OPIFICIBUS.

Qvæstio Prima.

OPIFEX non plane à doctis reiicitur, quia vix eo carere possumus: nunc ad definitionem. Quidam putaverunt Opificem esse cujusvis servum. Sed hi nimis abjecte de illis loquuntur; alii dicunt opificem esse hominem laboriosum, cujus finis est, *nunquam ditescere*. Sed hæc definitio nimis angusta est; sit rationalis.

Conclus. Opifex est lucrator panis in sudore faciei, re aliqua, quam aut usus aut necessitas postulat.

Pro-

PROBAT. Finis est, quod rem ita consequentter esse statuit, aut quod rei influxum suppeditat, sed tale est opificium, cum nimirum propterea extrema & fortissima quævis exantlet, ut panem & æs conflare possit. Ergo, Rectius in terminis. Nam nemo S. Sepulchrum custodit gratis, quilibet suum petit, Ex quo intelligitur nos minus posse carere opificibus quam doctis.

QVÆSTIO II.

Quodnam sit sordidissimum opificium?

SVDOR mihi præ anxietate erumpit tot enim sunt sordida opificia, ut quo me vertam nesciam, quædam versantur circa materiam puram, quædam puram materiam impuram reddunt. Nulli laudem suam detraho, hoc unum dico alutarios intrinsece fætere. Prætereo jam Piscatores, sartores, laniones, Pelliones, carbonarios, latrinarum purgatores, quorum sordes & odores si quis non sentiat, *is homo obesæ naris* merito dicendus est.

CONCLUS. In sordibus opificium limarii prærogativam obtinet. PROB. Illud est sordidissimum opificium, quod nusquam sordibus caret. Sed tale quid habent limarii *die Leimentretter*. Ergo, Major est vera, Minorem probo, nam simulac limarii dixerint, quod felix faustumque sit, manus eorum permerdatæ sunt, *soo haben sie schon ihr Hendt beschiessen und besudlet.*

TRA-

TRACTATVS SEPTIMVS.

DE MEDICINIS ET MEDICINA.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit Medicus?

NTE aliquot annos medicina tam vilis fuit, ut homines indocti & agreſtes (*die ſchlimme ungelehrte Flohhirdiien* medicos urinæ inſpectores nominaverint, quaſi urina objectum eorum foret, vnde quidam illos cum Iuriſtis hoc verſu riſit.

Examen est urina Medicorum ferculaprima.
Sunt medicis ſigna, Iuriſtis ferculadigna.

Ex quo factũ eſt, ut agyrtę, circulatores, viri ſylveſtres, (*Walthanſen*) Rattorum captores, radicum effoſſores in majori precio habiti fuerint quam Medici. Dixerunt illi quicquid in buccam venerit: nulla ſcientia, meo animo, tam excellens eſt quo auctoritati medicorum aliquid detrahat, quia revera ſunt nobiliſſimi corporis humani inſpectores.

CONCLVS. Medicina eſt ſcientia practica

ctica & ſpeculativa , verſans circa corpus ſanabile incluſive.

PROBAT. Quia medicus , dum ægrotum accedit , perſcrutari debet quo morbo laboret. quatenus eſt ſpeculativa. Deinde per antecognitam curandi regulam eundem curare. Ergo , eſt practica & ſpeculativa ſcientia. Incluſive , vero cur annexerimus , ex ſequentibus videre licet.

QVÆSTIO II.

Quare hæc diſputatio in antepenultimo loco poſita , cum nobiliſſima ſit.

RESPOND. Quia medicus eſt tanquam pædagogus corporis humani. Sed pædagogi clientes ſuos præcedere ſinunt, pręterea honeſtum eſt ut ſervi præcedant. Dominus autem ſequatur, *Huſteron proſteronaris Lugemii den Schollen*. Etiam ſi hic mos apud Germanos exolevit: (Nam Domini equitant , eunt præ, ſervi autem ſequuntnr) attamen nos ab Italorum partibus ſtamus , qui optimi medici ſunt, & quia alii omnem ſuam ſcientiam ex illis hauſerint , eorum quoque mores imitari debent. Ergo.

QVÆ-

QUÆSTIO III.

Vtrum medicus juvenis salva conscientia puellam denudatam videre possit?

DIFFICILIS sane quæstio, sed an respondeant arbitrio paucis docebimus. Quidam dicunt esse impuritatem & curiositatem, ex hoc non leve peccatum provenire posset. Et hæc est sententia communis doctorum: alii innuunt quod ex aspectu nudæ puellæ rigor febrilis & alia gravissima symptomata oriantur.

CONCLUS. Propter anatomiam medicus salva conscientia potest puellam denudatam videre. PROB. Quæ medico adeò necessaria sunt, ut sine eis medicina sua sit irrita & fallibilis, ea salva conscientia perlustrare potest. Sed puella ratione anatomię talis est. Ergo. Nam nemo unquam somniavit, quomodo viscera sese habeant. quo in loco sita sint, nisi ipsemet aspexerit; verbe causa. Puella quædam laboret stranguria, si medicus nescit ejus constitutionem, potius exhibebit styptica quam electiva, quæ urinam magis remorantur, quam prolectant, vel puella laboret febre, quę qualitate sua est calida & sicca, si jam parentes tam morosi essent, ut medico ejus videndæ copiam non facerent, sed illum adirent peterentque ab eo medicamentum pro tali morbo: interim medicus non potest dicere quæ morbi species, an febris sit tertiana vel quartana,

quartana. Si dicant esse tertianam, nescit, an sit tertiana spuria an pura, si pura, quæ egeret humido & frigido medicamine, dat ei pro digestione R. Syrup, acetos. unc. 1. Mellis rosati collati unc. 1. Bugloss. unc. 1. quod tamen tertianæ spuriæ. Ergo, Medicus de puellæ cognitione diligenter inquirere debet.

NOTA. Medicus necesse habet puellam (de patiente loquor) diligenter inspicere: imprimis in purgatione noscere debet substantiam subjecti quid perferre possit; an sit masculosa & enervationem nondum experta. Nam si illud nescitur in materia purgante facilè incideremus in *Hypercatharsis*, de quo multa dicenda forent.

NOTA. Si virgini Syrupum præscribere velis, vtere sequenti, R. Radicem phys. calam. an. III. Rosar. circa natalitia Christi natarum lib. III. Iulep. rosat. mellis violat. an 3. 1. misceantur donec satis sit: ita puellam ægram facile in pristinum sanitatis gradum restitues, quia impense dulcibus gaudent. Aliqua traduntur Hemistilionis man. 1. Dactyl. datnez *Kern* lib. II. Aquæ vivæ seu Elixir an. 3. 1. Si qua probatiora sint, quæ vix puto, secure probare poteris; Sed meum probatum est.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

Quid ſit medicina Culinaris?

NIHIL certi hac de re ſtatui poteſt, quia *trahit ſua quemque voluptas*, ut ait Poëta, tamen generalem modum culinariter cibandi cum ſuo ornatu præſcribemus, qui famelico ſtomacho ſatisfacit, ex quo de cæteris conjecturam facere poteris. Primo menſam mappa conſterne, deinde mappulas manuarias per extremam oram ejus circumducens ſuperimpone, quibus ſtanneos orbiculos per certa intervalla iniice: & ne quid ad menſæ apparatum deeſſe videatur, duos circulos æreos, (quibus paropſides ſuſtentantur) in mediam menſam coniice: ſalinum non neglige, mox panibus ex caniſtro depromptis menſam per certa intervalla onerare ſtude. In eodem temporis puncto, affer amphoram cereviſiæ communis & pocula fictilia, quæ juxta panes in menſa rite collocato. Tum i allatum edulia (loquor de iis quæ æſtivis duntaxat diebus ſunt ſalubria) & appone ex una parte edulium confuſaneum ex crudis herbulis, Lactuca ſcilicet & naſturcio acetoſaque confectum, aceto perfuſum, & olivo inunctum: ex alia parte ſorbitiunculam ex ovis gallinaceis vinoque & pulvere aromatico confectam. Tum patinam cum reliquiis herbarum tolle, & aliud edulium appone, ex

una

una parte; patinam cum ovis longa elixatione duratis, testa exutis, bipertitis, ac petrosolino minutatim conscisso respertis, & in acri aceto natantibus; ex altera parte patellam cum binis ovis testa adhuc inclusis, & in calido cinere ad ignem leviter versatis ac percoctis. Iam ito in cellam vinariam allatum cantharum vini vetuli, & deinde in discubitorium allatum duos vitreos calices multinodes, vinoque impleto. Iterum tolle patinas & pone ex una parte mensæ pulmentarium ex bubulis carnibus tessellatim concisis & uvarum passarum acinis interjectis confectum, ac pulvere aromatico affatim conditam; ex altera parte appone pisces Fluviatiles (quos lucios vocant) aromatico liquore innatantes & suavi sapore percoctos. Rursus illas dapes amove & ante hospites bulimiâ laborantes appone ex una parte capos illacardatos & ad ignem crebro volumine versatos ac percoctos, cui adiice stannea quædam patella cum olivis ex vase condimentario recenter depromptis; ex altera parte pone opiparum ferculum ex sturione assum & piperis gingiberisque polline & saccharo affatim conditum. Tum interjecto tempore paropsides tolle & lancem cum butyro flamenti, nec non & canistrum cum caseis bubulis & ovillis mensæ superimponito; Interim calices mero impleto. Tandem bellaria apponito videlicet duas patinas, cum pomis quarum alte-

tera semi plena sit cerasis aqua perlutis, & altera plena flava & lividis prunis, itemque calathum cum malis acidis amiculi & præcocibus hornis.

Hæc est medicina culinaris, quæ optime latranti stomacho medetur, qua qui non sanaturis incurabilis est.

QUÆSTIO V.

De Diæta.

Qua ratione quis vitam quam longissimè prorogare poteſt?

RESPOND. Observando sequentes regulas salutares.

1. Regul. Sanitatis studium est, non satiari cibis, impigrum esse ad Labores.

2. Motus, cibus, potus, somnus, venus, omnia mediocria.

3. Cibus novus ne unquam sumatur, nisi priore probe concocto.

4. Mensæ ne sint æquales, sed semper cœna levior.

5. Prioris mensæ error, sequentis parsimonia corrigatur.

6. Cibus ne prius ingeratur, quam in ore fuerit exacte masticatus.

7. Potus ne unquam superet alimenta sicca.

8. Potus ne sumatur priusquam bona cibi portio sit ingesta.

9. Varietas ciborum in eadem menſa ne adhibeatur.

10. Semel in ſeptimana menſa omittatur cum ſcilicet corpus minus videbitur alimento indigere.

11. Semel in die corpus ita exerceatur, ut naturalis calor excitetur, utendum autem exercitio temperato ante cibum, cujus utilitates ſic deſcripſit Fulgentius: Exercitium eſt humanæ vitæ conſervatio, dominantis naturæ ſuperfluitatum conſumptio, virtutum roboratio, temporis lucrum, ocio inimicum, juventutis debitum, ſenectutis gaudium. Nam exercitium ſolvit & evacuat per poros ſuperfluitates: contra quies maxima nocumenta affert: hinc poëta.

Ocia nullus amet, niſi ſint conjuncta labori,
Nam nimia requie mortificatur homo.

12. Is ordo in cibis ingerendis ſervetur, ut liquida ac mollia ſolidis ac ſiccis præmittantur.

13. Inter unam & alteram menſam, ne quid cibi aut potus ingeratur.

14. Alvus quotidie ſit mollis aut natura aut arte.

15. Extreme calida in cibo, potu ac aëre vitentur, itidem frigida.

16. Somnus nec brevior ſit ſex horis, nec octo prolixior.

17. A cibo ſtatim, ac pleno ventriculo legere, ſcribere, ac gravioribus cogitationi-

bus, operam dare pernicioſum eſt.

18. Violentus motus à cibo ſtatim omnino fugiendus.

19. Mane refoto corpore membra omnia fortiter extendantur.

2. Nunquam potus aſſumendus jejuno ventriculo, quoniam talis potus valde nocivus eſt, & habet potentiam percutiendi nervos & eis nocendi Gallenus ſecundo Aphoriſ. 21. dixit: *ſi quis famelicus ante cibum vinum acceperit, cito in ſpaſmum & mentis alienationem incidit*: Neque poſt cibum vinum aſſumendum eſt, quoniam digerit velociter & penetrat, & penetrare facit cibum, qui nondum ſit digeſtus, & facit hæreditare oppilationes, & putrefactionem.

21. A notabili quantitate vini abſtinendum eſt, & quantum poteſt fieri ab omni quia nocumentum adfert cerebro: & ex ipſo, nemo debile cerebrum habens, niſi parum & admixtum bibat, & Serapio dixit. Vinum replet caput vaporibus multis.

22. Panis ſit optimus ac mollis, cum pauco ſale mixtus.

23. Caſeus ac lacticinia omnia vitanda: lac integrum utile eſt in æſtate cum ſacharo, Aqua lactis vel ſerum lactis ſemper utile eſt.

24. Piſcium rarus ſit uſus, ſoli friobiles admittantur adhibito aceto atque aromatis atque ſalſamenta.

25. Conchylia oſtrea ac teſtacea omnia,

quod frigidum, lentum ac hærens alimentum gignant declinanda.

PROPHETIA.

MIRABILIS,

AD

ANNU DOMINI

Milleſimum Sexcenteſimum 34. futurum.

Almachius artium Magiſter Pariſienſis, diligens luſtrator univerſi hæc infraſcripta cunctis notificat, diligenti indagine, antiquiſſimo codice, in bibliotheca communi, totius regni Franciæ reperta, quod anno Domini 34. in menſe Ianuario & ſequentibus; Conſurgent *oſſa mortuorum* (A) quæ quidem plena erunt oculis, ſed non videbunt, virtutem tamen habebunt cæcos illuminandi, quæ per plana diſcurrent veſtitos quidem nudabunt, habentes ſpoliabunt, non habentibus dabunt, & inter homines diſcordiam concitabunt, furore dominante.

Inſurget enim gens belli coſtiſſima, non utens bombardis aut tormentis ferreis vel æneis (hoc enim vulgatum eſt) ſed *ſagittis Peſte infectis* (B) tum venenatis, ut ſi unum

ex militibus tetigerint non ſolum ipſe, ſed & totus exercitus quantus quantus eſt, moriatur

E contrario erit miles admodum benignus, (cui militiæ nomen dant non ſolum ruſtici ſed & cives, nobiles, *principes*, *imo Reges* (C) qui multos quidem proſternet, jacentes quaſi ſemimortuos: ſed tamen iterum reviviſcent, in hoc bello qui primus aufugerit, præmium auferet, qui conſtanter in finem uſque pugnaverit & permanſerit, non ſolum riſu ſed etiã pœna *pecuniæ præſentariæ mulctabitur.* (D

Interea ex regibus *conſurgent quatuor* (E) cum ſuis exercitibus mirabilibus & mõſtroſis, qui pedes habent ſed non ambulant, aures nec tamen audiunt, oculos nec vident, voſq; ſimiles illis, & in medio exercitus erit *Heros quidam Diabolo.* Tunc conſurgens contra gentem, & pugnabit frater contra fratrem, ſervus contra Dominum, & erit admiratio univerſis: nam minor ſuperabit majorem, multitudo cedet paucitati, & quod terribilius eſt contra nequiſſimum *belial*; non erit victoria in hoc prælio, nec contra illum Heroa niſi unicæ non quidem magno, ſed parvo & modico pygmæo pannoſo. Et erit finaliter talis perſecutio, qualis ab initio non fuit, & beatus, qui illæſus in tali pugna fuerit.

Præterea ſupervenient alia larvata, quæ potius monſtra vocabuntnr, ſed nondum ſtatim finis, & niſi abbreviati fuerint dies: omnes depauperabuntur: ſitiunt enim ſangui-

nem juſtorum, & de ſudoribus pauperum vivere concupiſcunt: Reges namque 4. cum uxoribus (F) ſenioribus & militibus, ac aliis equitibus ſuis venientibus quatuor mundi plagis animi relaxandi cauſa exeuntes in campum planum variis colorum floribus diſtinctum atque adornatum, incipient alter, alterum provocare & in iram concitare; dicentes vincat qui poteſt, *vive le Roy*, fortuna nobiſcum; hęc audientes qui aſtât, incipient admirari, non ſine parva exſpectatione eventuum futurorum; Exitus enim acta probabit & in fine videbitur cujus toni. Commiſſo bello, quod plerumque in ſeram uſque noctem protenditur, omnes tacite in unum ſe recipiunt locum, neque amplius ſunt loquelæ aut ſermones, quum priora tranſierunt. His peractis ſequitur pœnitentia multorum, qui converterint ad cor, præ anguſtia ſpiritus gementes, & inſaniam ſuam agnoſcentes, in qua quidem pœnitentia, ſtabit contritio, ſine confeſſione & lachrimis & erit gaudium univerſis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Prodibunt quoque *magnates quatuor*, (G) cum ſuis domicillis, & ſervis, initur pugna certamine dubio, ille tamen qui primus 31. ceperit & abduxerit non ſolum ipſos captivos ſed & pecuniæ tantum *quantum illis alendis ſufficit* (H) *auferet*.

Sphæra inſuper lignea imo hemiſphera à peccatoribus ſuper viventibus remote torque-

tur

cur in novem ligneos jambos seu digitulos (I) quam potius fortunæ globum seu rotam diceres. Et quicunque inimicorum eorundem, plures ex his prostraverit in terram, quanto prçconio quantisve donis muneretur, hi scient, quorum interest hæc scire: Nam nullus eorum, qui viriliter dimicaverit, immunis abibit, non curando aspectus torvos atque oppositos suorum sodalium contorquentium. Nam inde capiet, quo novos sibi comparare possit amicos, juxta illud: *Tot amici, quod nummi.* Heu quam inique comparatum est, ut hi qui minus habent, addant ut plurimum aliquid divitioribus, sed hoc ibi fit ubi non rectè vivitur.

Exortis densis tenebris, præ festitudine exurgunt semivivi (K) & dant se requiei, tunc consurget quoddam animal admirabile, habens os de cornu & barbam carneam (L) clamans super semi-vivos, surgite mortui, venite ad judicium. Tunc consurgent semi-vivi, accipientes pelles mortuorum (M) vertentes & revertentes, postea consumunt patrem suum, cujus locus factus est in pace.

Demum facta pace fit cantus celebris, & plurimi ex illis in synagoga reperiuntur, ubi spoliis & oneribus alleviantur, deponentes quæ apportaverant, eaque alienis custodibus committunt, ut & ipsi cantent simul cum illis, non lamentationes Hieremiæ, sed gaudeamus omnes, quoniam filius perditio-

nis inventus est, tanquam ovis, quæ perierat: fit gaudium miseris quorum luctus vertitur in gaudium. Sed domi ibi erit fletus & stridor dentium; non habentes, quod manducent, quoniam captivi (N) sui educti sunt in tenebras exteriores, & quis scit, quando revertentur Dies cum illa dies iræ, dies calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde lugebunt, super se omnes tribus terræ, à qua nos liberet, qui sic vivit & regnat, *Amen.*

Concertatio muliebris.

Orta rixâ inter Mulieres, cum altera alteri objiceret mendacium, & convitia agitarent: Mentiris, inquit una, ut meretrix, ut fur, ut venefica. Huic altera: At tu, inquit, mentiris ut calendarii opifex qui toto anno, & singulis diebus mentitur. Putabat nullum mendacius hominum genus excogitari posse, cui adversariam conferret, quam Astrologos & tempestatum conjectores.

De Modestia civili lictoris.

Comes Zollerensis, cùm in pago quodam vicino Tubingæ divertisset, & forte illic præfectus Tubingensis negotia istius loci componeret: mox unâ prandere cœperunt, Erat fortè unus ex mensæ administris & pocillatoribus lictor oppidanus, homo pro popularium suorum more admodum civilis. Hic cùm discum Comiti apponeret, & aliquâ immunditiâ sordidatum adverteret, celeriter ad se reductum

ctum prius femorali ad Nates abſterſit, & deinde Comiti appoſuit. Putabat enim hac ratione multò mun diorem jam factum eſſe diſcum, & comitis ore longe digniorem.

Cujuſdam Iudaïcæ mulieris facetum dictum.

Fui olim in oppidulo Hechinga nomine, quod eſt in ditione Comitum Zollerenſum, illuc reperi unam Iudæam, quæ cùm eſſet conſpicua formâ, fuit & perfaceta, cui ego cum perſuadere conatus eſſem fidem Chriſtianam nihil ineptum reſpondebat. Tandem circumciſionem credidit tantum valere, quantum baptiſmum quæſivitque à me, quanti nos Chriſtiani baptiſmum faceremus: Reſpondebam, multi, & ſine eo claudi portas regni cœlorum: ipſa verò ſubjunxit: At nos Iudaïcæ mulieres parum tenemus de circumciſione. Quod cùm cauſam inquiſiviſſem, dixit: Quoniam mallemus addi virorum noſtrum virilibus portionem, quam adimi. Vnde cunctis adſtantibus maximum riſum commovit.

De quodam Ruſtico.

Ego noſco ruſticum, qui cum eſſet factus Prætor pagi ſui, venit non longo poſt tempore ad balneum in Minſingenſe oppidulum. Cumque ibi inveniſſet quendam, quo cum olim equos paviſſet, dixit inter cæterea (cùm ille gratulatus eſſet ei de Prętura adepta) quis æſtimaſſet unquam, bone amice, dum eramus Hypponomi, quod ego indignus Prætor factus aliquando eſſem? Credens ſe tam grandi

in Magistratu collocatum, ut singulari etiam augurio & fortuna opus fuerit, quum tamen ultra novem rusticos non haberet sibi subditos.

De Studente lepidum dictum.

Ego habui ante aliquot annos conterraneum Schlecklingensem in studio nostro Tubingensi, qui cum aliquoties ad gradum Baccalaureatus (ut vocant) aspirasset, nec unquam obtinere potuerat, tandem spe omni ablata dixit: Non est necesse ut fiam Baccalaureus: nam & Christus habuit duodecim discipulos, & tamen nullus eorum fuit Baccalaureus.

De quodam Nobili.

Iacuit nuper mecum quidam nobilis Scholasticus, quem cum sæpe adhortatus essem, ut in honorē tantæ festivitatis (erat enim nativitas beatæ virginis) maturius surgeret, atque in fanum properaret. Quæsivit ille ignarus qualis dies esset) an festum circumcisionis beatæ Virginis celebraretur. Quod tantam præbuit omnibus audientibus ridendi materiam, ut pene in proverbium verteretur.

EXPLICATIO
hujus Prophetiæ.

A. Ossa martuorum) id est, tessera, cubus *Würffel, dobbelſtein.*

B. Peſte infectis) lusus, vulgo dictus *Tic-Tack*, in quo si una rotula tangatur, totus ludus amittitur.

C. Principes imo reges) ludus aleatorius vulgo *Verkehren*, hic ludus quoniam admodum delectabilis est ingeniumque volatile requirit magnatibus quoque allubescit.

D. Pecunia præsentaria mulctabitur) recte, nam hic ludus non patitur dilationem debiti, cum sit molestissimus creditor.

E. Ex regibus consurgent quatuor) Ludus chartarum, vulgo *coram nobis Karneffel Spiel.*

F. Reges quoque duo cum uxoribus) Ludus turriculæ vulgo dictus *Schabt*, *Spiel*, in quo etiam si appareant species humanæ non tamen homines, sed potius nomima hominum sunt.

G. Magnates quatuor) Ludus chartarum, vulgo Triumphus dictus *Trouff.*

H. *Quantum illis alendis sufficit*) Nam sicuti oculos habent & non vident, ita os & non comedunt,

I. *Iambos seu digitulos*) Ludus globi dictus *Kegelen.*

K. *Semivivi*) id est, somnolenti.

L. *Animal habens os de cornu*) id est, Gallus gallinaceus, *hahn.*

M. *Pelles mortuorum*) id est, libros orationum.

N. *Captivi* sunt nummi in bursis, id est, tenebris.

De Rustico.

Novi rusticum, pinguefacere cupiens porcum tantùm illi in die cibum bis porrexit: & cùm semper macer maneret, indignatus ille conquestus est vicino. A quo cùm correptus esset, quod non bis, sed ter vel amplius deberet pastum porrigere. Respondit rusticus, ter vel amplius! nullo modo: quoniam ego homo cum maximis laboribus, contentus sum bis comedere in die. Credens hominem laboriosum plus debere esse, quam porcum.

Fatui cujusdam facetum dictum.

Dicitur mihi de aliquo stupido homine & fatuo, qui cum funus maternum prosequeretur, cantabat alta voce. Quem cum pater castigaret, dixit Haud esse te sanum credo pater: cum precio conducas, Sacerdotes, qui canerent, ego vero gratis concinam.

FINIS.

INDEX.

Pag.

Quænam in mundo admiranda? 1
Quid est scholasticus? Ibid.
Noctis commoda quænam? 2
Mulier quænam pudibunda? 3
Quibus sibi sapiens homo debet cavere? ibid.
Cur odium vatinianum inter Monachos & Canonicos? ibid.
Fœmina formidolosa quænam? 4
Homo cujus partis orationis est? ibid.
Quotuplices sunt crepitus ventris? 5
Fœmina audax quænam? ibid.
Quid est Rusticus? ibid.
Quosnam usus præstat charta? 6
Fœmina meticulosa quænam? ibid.
Quis sagittarius collimat ad pedes, & tangit nares? ibid.
Bona Eunuchorum quænam? ibid.
Quatuor occidunt Hominem ante tempus? 7
Vinum à quibus in pretio habitum fuit? ibid.
Cur asinis sese mutuo fricare licet? ibid.
Quis usus raparum & brassicæ capitatæ? ibid.
Quid est homo sine barbâ? 8
Mulier nauseabunda quænam? ibid.
Avarus cui similis? ibid.
Crepitus ventris estne corporale quid? ibid.
Cæci quibus rebus minime indigent? 9
Quid remedii pro odoratus amissione? ibid.

Papi-

Papirus, unde denominationem habet? ibid.
Quibus in locis publice licet loculos exhaurire? ibid.
Coitus quid efficit? ibid.
Crepitus ventris esne spiritualis? ibid.
Fœmina superba quænam? 10
Phlegmaticis & Pulmoniacis quomodo succurrendum? ibid.
Quodnam est presentissimum remedium colicæ 11
Quid est honor? ibid.
Mulier Hugenota & Papistica quænam? ibid.
Velotus avis paradisi quam vim habet? ibid.
Quænam sibi honorifice cedunt? ibid.
Quid est crepitus? ibid.
Ære alieno obærato quid jucundissimum 12
Mendici quam varia nanciscuntur nomina? ibid.
Quid est fœmina? ibid.
Quare rex rhombuli, trifolii, cordis & ligonis semper sunt pauperes? 13
Quibus caput facile tumidum sit? ibid.
Quid est Melancholicus? ibid.
Fœmina spiritualis quænam est? Ibid.
Crepitus ventris est-ne bonus? ibid.
Filii prodigi quinam? 15
Quomodo efferres uno vocabulo latino quinque animalia eaque pilosa? ibid.
Mulier debilis quænam est? ibid.
Quænam est differentia inter pediculum formaliter

liter sic dictum, & pediculum planum? ibid.
Rapæ quomodo prosunt? 16
Quis est autor ventorum? ibid.
Bona domestica quænam sunt? ibid.
Quid sunt Bohemi? ibid.
Quinam sunt excommunicati? ibid.
Quam quisque novit artem, in hac se exerceat. 17
Recita laudes Podicis. ibid.
Fœmina curiosa quænam? 18
Qui maxime omnium lucrantur? ibid.
Brassicis capitatis quinam delectantur? ibid.
Fœmina gulosa quænam est? 19
Quis nasus est optimus? ibid.
Quænam est differentia inter sapientem & stultum? 20
Fœmina frigida quænam est? ibid.
Cur data est barba viris?
An viri cornigeri sint infames? 21
Epitaphium cujusdam studiosi ibid.
Quid est barba? 22
Quinam sunt omnium maxime gulosi? ibid.
Quæ est differentia inter barbam & crinem? ibid.
Narra lepidam Thrasonis irrisionem? ibid.
Fœmina diligens quænam est? 23
Quomodo pronunciabis uno verbo, radices esculentas, carnem & pisces? ibid.
An pecuniæ obediunt omnia? ibid.
Quænam sunt privilegia scabiosorum. ibid.

Cur

Cur crepitus eſt generis maſculini cum pertineat potius ad fœminas, & mentula generis fœminini, cum pertinet ad maſculos? 24
Quænam eſt ſupellex mobilis maxime neceſſaria de nocte? ibid.
Mulier liberalis quænam? 25
Eſtne mendicus præferendus diviti? ibid.
Qualis futurus eſt Antichriſtus? 27
Mulieres cur potius nubunt Iuriſperito, quam Medicis & Theologis? ibid.
Meretrix quid & unde? ibid.
Mendacia adferuntne quid utilitatis? 28
Charitativa quænam eſt. 29
Quodnam eſt maxime neceſſarium & ſpeculativum in domo? 30
Cur Helvetii in braccis ſuis gerunt vaginas, &c. 31
Recita verba ridiculi cujuſdam Oratoris. ibid.
Quibus non licet curare cuticulam? 32
Quare fœminæ non ſunt caudatæ? ibid.
Porci in quibus homines ſuperant? ibid.
Quinam ſunt infortunati? ibid.
Quænam non ſaturantur?
Quid eſt Hypocrita? 33
Quinam ſunt ejuſdem farinæ homines? ibid.

INDEX

Problematum Ludicrorum.

Quænam sunt rato contingentia & fere contra naturæ cursum? Pap. 33
Quis vulgo dicitur Calcearius Dei? ibid.
Quis præfertur Nobilibus sine servis incedentibus 34
Cur mendici numerosam habent prolem. ibid.
Ridicula cujusdam ægroti responsio. ibid.
Iocus nautæ in ebrium. ibid.
De nasuto Adolescente. 35
Quinam sunt omnium lætissimi. ibid.
Quisnam Cauponem egregie decepit. ibid.
Quinam sunt omnium liberrimi. ibid.
Quænam utilitates nasi. ibid.
Quæ res periculo non vacat. 36
Quem universus mundus vocat nepotem. ibid.
Mira descriptio hominis Pigmæi. ibid.
Familia omnium inutilissima & tristissima quæ prædicatur. 38
Recita lætitiæ gradus. ibid.
Quinam sunt insignes fatui. ibid.
Quomodo quidam vicinum suum ad prandium invitavit? ibid.
Quinam sunt omnium probissimi? ibid.
Cur pulices plus mulieres quam viros infestent, ibid.
Recita cujusdam ridiculum testimonium.

De

De Paulo Wuſt. ibid.
De Nobili amplexatore. ibid.
Fatui cur mulieribus grati. ibid.
Amor quare api comparatur. 40
Obſequium Amicos, veritas odium parit. ibid.
Facetum ruſticę puellæ dictum. ibid.
Quinam naſi precioſiſſimi. ibid.
Scientiæ ſintne inutiles. 41
Recita teſtamentum porci. ibid.
Practica vera. 42
De dominis hujus anni. 42
De anni qualitate. ibid.
De morbis hujus anni. 43
De frugibus. 44
De communi plebe. ibid.
De mulieribus & virginibus. 45
De cantatoribus, amatoribus, &c. ibid.
De populi ſeditionibus. 46
De quorundam hominum penuria. ibid.
De vino & cereviſia. ibid.
De mulierum infirmitate. 46
De rebus quibuſdam nocivis. ibid.
De ventis ibid.
De quibuſdam futuris effectibus hujus anni. ibid.
Breviſſima concio cujuſdam Parochi. 48
Quare in piſcibus ova rotunda ſunt involatilibus oblonga. ibid.
Principum quænam prærogativæ? 49

In Germania cur tanta copia mendicorum vagatur? ibid.
Recita ridiculum cujusdam Parochi factum. ibid.
De unuculo. ibid.
Versus Leonicus de Amore. 33
Cur in mundo monstra monstrosiora inveniuntur Theologus ebrius, Iurisperitus injustus, & Medicus valetudinarius. ibid.
Puella interrogata utrum vellet in anserem mutari an in gallinam, quid dixit. ibid.
Quænam est differentia inter fures privatos & publicos? ibid.
Pulchra Etymologia nominis Philippi. ibid.
Recita historiam ridiculam cujusdam Itali morituri. 51
Quænam est interpretatio harum literarum S. P. Q. R.? ibid.
Quare fatui flent splendente sole, & rident quando pluit? 52
Jocus Ciceronis. ibid.
Milites cui sunt similes? ibid.
Synonima quænam sunt? 53
Pueri cujusdam lepidum dictum. ibid.
Quot sunt genera stultorum. ibid.
Narra lepidam historiam de duobus sacrificulis. ibid.
De impari conjugio. 54
Insulsum dictum rustici cujusdam. ibid.
In medicum qui se pro Medico gesserat. ibid.
Utrum qui consuevit multos cibos accipere, plus susti-

Sustineat jejunium, quam solitus parum comedere? ibid.
Iocus Ciceronis in Vannium. 55
Quare avidius vorantes citius satiantur? ibid.
De tribus studiosis Theologiæ historia lepida. ibid.
Raphani marini vires. ibid.
An senes possint rejuvenescere? 56
Lepidum dictum Augusti Cæsaris. 57
Vivere nostrum quid. ibid.
Iocus Ciceronis. ibid.
Nigredo Æthiophum unde? ibid.
Jucunda historia de Rege Franciæ. 58
Crepitus ventris excusatus. ibid.
De puella Straubingensi. 59
Diogenis Cynici Jocus. 60
Cur sternutantes salutantur. ibid.
Senes cur suspicioſi. 61
Cibus rusticorum qualis? ibid.
Ebrietas varia. ibid,
Homo qua in re maxime indiget. ibid.
Quando lupus fuit mansuetus? 62
Quinam sunt stulto stultiores? ibid.
Anhelitus felium veneficium. 63
Cum mulieribus infœcundis quid agendum. ibid.
Præscribe mihi aureum dogma. 64
Vbi visuntur quam plurimi cornuti. ibid.
Scitum Demadis dictum. 66
Esine ducenda Aulica. ibid.
Cur canes sublato altero pede posteriori mingunt?

gunt? 61
Hiſtoria jucunda de quodam Jtalo. 69
An Alterius uxoris cuſtodienda abſente marito cauſa, nos ſolum de die, ſed etiam de nocte adeſſe cogitur. ibid.
Jocus de quodam Helvetio. 70
Hiſtoria de Rege Philippo. ibid.
Quæritur, an quis cum ſponſa nondum ad marito deducta hanreitatem committere dicatur? 71
Jocus Diogenis in Ariſthenem. ibid.
Pœna hanreitatis quænam. 72
Mulieres & virgines qui illibatas conſervare velint, quid faciendum. ibid.
De Puella quadam. 78
Factum cujuſdam Francigenæ. ibid.
De eo qui uxorem in flumine peremptam quærebat. ibid.
Medicina ad tollendos fœtores anhelitus provenientes à cibis quibuſdam. 79
Quinam ſunt nimium audaces? ibid.
Vir bonus à quibus libris uxorem arcere debet. ibid.
Cur poſteriora hominis tam turpes habent fœtores. 80
Cujuſdam terribile factum. ibid.
De quodam ſuſpenſo qui ſibi ante mortem tumultum conſtruxerat. 81
An poſſit uxorem repudiare Maritus, ſi forſan amatorem cum ea ludentem inuenit. ibid.

Quænam optimæ viros fallunt?
De eo qui multus cunas emerat? 83
De quodam Helluone? ibid.
Ebrii cujusdam dictum jocosum? ibid.
De caupone & viatore? ibid.
Hanreium faciens quo nomine est indigitandus? 84.
Scorta cur alicubi per convitium pulmones appellantur? 85
Vxores hanreizantes quomodo debent appellari? ibid.
Hanreitas quid est? 16
Cur fœminæ amant brassicas? 87
An non omnis mutatio bona? ibid.
Quid est vetula? 88
Quid est Pedagogus? ibid.
Quid est Advocatus? ibid.
De quodam Advocato? 89
Musca culinaria quænam? ibid.
Historia jucunda de quodam sacerdote? ibid.
Pueri quomodo sapientes efficiendi? 90
Supellex Pædagogi quænam? ibid.
Virgines cur libenter nubunt Iurisperitis? ibid.
Quonam in loco pluris venditur aqua? ibid.
Cervisia unde dicitur? ibid,
De Potatione? 91
De scorto? ibid.
Dies macilenti quinam? ibid.
Hymnus in quo omnes notæ musicæ comprehenduntur? ibid.

Ignia-

Igniaria & sulphurata quibus odio sunt, ibid.
Hercules in quo peccavit. 92
Historia jucunda de Parocho. ibid.
De quibusdam simplicibus Rusticis. ibid.
De Nobili & Monacho. 93
Christiani & Judæi disputatio. 94
De Maltino. ibid.
Secreta quinam aperiunt. ibid.
Epitaphium insigne. 95
Incerti Autoris. ibid.
Quare multi ad magnos honores mundanos perveniunt. ibid.
De quodam consule Vlmensi. 96
Possuntne mulieres peregrinari illæsa pudicitiâ. ibid.
Carmina in quibus omnes primæ literæ incipiunt ab F. 97
Carmen jucundum. ibid.
De Anu per crepitum animam exhalante ibid.
Comparatio mulieris & canis. ibid.
De rixosa Muliere. ibid.

THESES.

De Hasione & hasibili qualitate. 99
Disputationis de Hasibilitate cursus secundus. 108.

Quænam optime viros fallunt?
De eo qui multus cunas emerat? 83
De quodam Helluone? ibid.
Ebrii cujusdam dictum jocosum? ibid.
De caupone & viatore? ibid.
Hanreium faciens quo nomine est indigitandus? 84.
Scorta cur alicubi per convitium pulmones appellantur? 85
Vxores hanreizantes quomodo debent appellari? ibid.
Hanreitas quid est? 16
Cur fœminæ amant brassicas? 87
An non omnis mutatio bona? ibid.
Quid est vetula? 88
Quid est Pedagogus? ibid.
Quid est Advocatus? ibid.
De quodam Advocato? 89
Musca culinaria quænam? ibid.
Historia jucunda de quodam sacerdote? ibid.
Pueri quomodo sapientes efficiendi? 90
Supellex Pædagogi quænam? ibid.
Virgines cur libenter nubunt Iurisperitis? ibid.
Quonam in loco pluris venditur aqua? ibid.
Cervisia unde dicitur? ibid,
De Potatione? 91
De scorto? ibid.
Dies macilenti quinam? ibid.
Hymnus in quo omnes notæ musicæ comprehenduntur? ibid.

Ignia-

Igniaria & sulphurata quibus odio sunt, ibid.
Hercules in quo peccavit. 92
Historia jucunda de Parocho. ibid.
De quibusdam simplicibus Rusticis. ibid.
De Nobili & Monacho. 93
Christiani & Iudæi disputatio. 94
De Maltino. ibid.
Secreta quinam aperiunt. ibid.
Epitaphium insigne. 95
Incerti Autoris. ibid.
Quare multi ad magnos honores mundanos perveniunt. ibid.
De quodam consule Vlmensi. 96
Possuntne mulieres peregrinari illæsa pudicitiâ. ibid.
Carmina in quibus omnes primæ literæ incipiunt ab F. 97
Carmen jucundum. ibid.
De Anu per crepitum animam exhalante ibid.
Comparatio mulieris & canis. ibid.
De rixosa Muliere. ibid.

THESES.

De Hasione & hasibili qualitate. 99
Disputationis de Hasibilitate cursus secundus. 108.

Floia cortum verſicale. 118
Diſputatio Phyſiologiſtica de Iure & natura Pennalium. 127
Diſputatio de Cornelio & ejuſdem Natura. 152
Themata Medica de Beanorum, Archibeanorum Beanulorum & Cornutorum quorumcunque, affectibus & curatione 168
Theſes inaugurales. 191

TRACTATUS PRIMUS.

De Virginibus. 192
Quæſt. I. *Quid ſit Virgo?* ibid.
Quæſt. II. *Quid ſit officium virginis?* 193
Quæſt. III. *Virgo cujus ſit generis* 195
Quæſt. IV. Virginem amabat, *quis pes.* 196
Quæſt. V. *Virgo in quo prædicamento ponatur.* ibid.
Quæſt. VI. *Num virgo diſtinguatur à ſtudioſo.* 197.
Quæſt. VII. *Quæ puella ſit maxime amabilis num rubicunda, an pallida?* 199
Quæſt. VIJI. *Vtrum uno nixu perdatur virginitas.*

TRACTATUS SECUNDUS.

De Studioſis. 243
Quæſt. I. *Quid ſit ſtudioſus?* ibid.
Quæſt. II. *Opuſne ſit ſtudioſis.* 204
Quæſt. III. *In quo prædicamento ſtudioſi ponantur* 205
Quæſt. IV. *Quare ſtudioſo licet ferre gladium?* 206.

Quæst. V. *Cur Studiosorum cohors majorem gratiam apud puellas invenit, quam Ribaldorum, Corydonum & Menalcarum.* 207
Quæst. VI. *An sit opus deponere studiosum.* 210
Quæst. VII. *Vtrum abrogari conversatio inter studiosos & puellas possit de Iure, nec ne.* 212
Quæst. VIII. *Quæ summa quisve finis studiosi & studiosæ?* 214
Quæst. IX. *Licetne studiosum incarcerare?* 215
Quæst. X. *Beanusne in depositum agere potest?* 216

TRACTUS TERTIUS.

De Hospitiis. 217
Quæst. I. *Quid sit Hospitium.* ibid.
Quæst. II. *An Iure Hospitii uti liceat studioso?* 219
Quæst. III. *Cur rara inter hospites & uxores præsentibus studiosis est concordia?* 223
Quæst. IV. *Si Hospita riserit cum studioso, culpabiturne?* 222
Quæst. V. *Detrahatne authoritati studiosi, si hospitis prolem juniorem scilicet, ulnis in hospitio gestet & deosculetur?* 223
Quæst. VI. *Quid si hospes nimis importunus sit, licetne verbera admiscere?* 224
Quæst. VII. *Segregabitne hospes merito filias à studiosis?* 225

TRACTATUS QUARTUS.

De Potatione 226
Quæst. I. *Quid sit Potatio?* ibid.

Quæst. II. *Vtrum ultra Rauſſerum (ut vocant) bibere liceat?* 227
Quæst. III. *An liceat in potatione adhibere alveolum aleæ cum teſſeris & orbiculis?* 228

TRACTATUS QUINTUS.

De Mœcænate. 232
Quæst. unica. *Quid ſit Mœcenas?* ibid.

TRACTATUS SEXTUS.

De Opificibus. 233
Quæst. I. *Quid ſit opifex?* ibid.
Quæst. II. *Quodnam ſit ſordidiſſimum opificium?* 234

TRACTATUS SEPTIMUS.

De Medicis & Medicina. 235
Quæst. I. *Quid ſit Medicus?* ibid.
Quæst. II. *Quare hæc diſputatio in antepenultimo loco poſita, cum nobiliſſima ſit?* 236
Quæst. III. *Vtrum Medicus Iuvenis ſalvâ conſcientiâ puellam denudatam videre poſſit?* 237
Quæst. IV. *Quid ſit Medicina culinaris?* 239
Quæst. V. De Diæta. *Qua ratione quis vitam quam longiſſimè prorogare poteſt?* 241
Prophetia Mirabilis. 244
Concertatio muliebris. 248
De Modeſtia civili lictoris. ibid.
Cujuſdam Iudaïcæ mulieris facetum dictum. 249
De quodam Ruſtico. ibid.
De Studente lepidum dictum. 256
Explicatio hujus Prophetiæ. 251

FINIS.

(2) By Christoph Corner.

STVDENTES

Sive

COMOEDIA

De vitâ

Studiosorum

Autore

IGNOTO PEERDEKLONTIO.



Alentopholi.
In Ædibus Iberiorici Nobilimi
CIↃ IↃ CLXII.

QVod perſonati calcant proſcenia Patres,
Et cupiunt ficta nomina voce tegi.
Nolumus ultrici vindictam ſumere Muſa:
Prodere dum ſæcli crimina, crimen habet:
Vinctaque libertas calamis jam ſcribere neſcit:
Ipſaque non aliter fabula debet agi.

INgens mei tenet vos admiratio
Hic quotquot adestis, spectatores optimi.
Tantum laborem sponte quod susceperim.
Multi me cupidum laudis, multi audaculum
Vocabunt, operam subsannantes plurimum
Auresque in altum cervino more arrigent,
Si nõ possent vitiosũ deprehendere.
Nam sæpe parvum erratum obfuscat optima,
Vitiaq; plus quã virtutes sunt obvia.
Sed hi me nil movẽt, nec huj' fecerĩ:
Quia omni omnibus placere non est res levis.
Quod nemo præstabit, nec unquam præstitit.
Verũ tamẽ mihi firmiter persuadeo.
Amari me à multis, quib' pauciſſimis
Exponã, cur aggressus sim provinciã
Scribẽdi, diligenter animũ advortite

Præfabor id primum, vagũ fuiſſe me
Aliquandiu per orbem, & admoviſſe clam
Aures cubiculis omnium mortaliũ.
Scientia hac ego cum prodirem in publicum
Quotidie, volui ejus rei ſpecimẽ dare
Sine tamen alicujus famæ diſpendio
Nam ſervare incruentum decrevi ſtylum.
Videbam meretricibus operam Opycephalos
Dãtes & nihilomin' tamẽ ſe propiis
Obtrudere imperitæ plebi, publicis
Apud illam concionibus, videbã itẽ
Iſgeeſtos garulitate ſua cũctis graves
Etquamvis patriæ nõ excedã limites
Sceleſtos ſi ennmerarẽ deficeret dies
Patria autem (ut de me quid dicam)
Ditillia eſt.
Fælix fluminib' & lacub' ut & mari.
Ea eſt quæ rejecta in borealẽ polum,
Aquiſque ſuis quaſi ob orbe abſciſſa, maxima Exercet

Exercet cũ orbe classib' commercia:
Et si orbem haud recipit, saltem
orbis compendium est
In hac frequentia educatus, libere
Diu vixi & mihi: donec consortiis
Tandem hominum me nimis im-
prudenter miscui.
Nec acerbitas fati mei in eo constitit
Puer pœne exilium passus sum, &
innocens
Revera, in nõ meliora tẽpora incidi,
Quam Marius cum Proscriberetur
aut Cato. (quid.
Fugiendũ per nives fuit. non addo
Tot devoratis miseriis tranquillior
Dies affulsit. inde mutati finem
Vix ipse cepi status, & liberius dedi
Operam Musis. sic transacta est vita
hactenus.
Hæc volui: ut, quisquis hic vitam
suam legit, (prolixior
Meam haud ignoret, sed ad rem, ne
Sim. cum viderem tot mores, totque
scelera, Depinxi

Depinxi in exigua tabula, ut ipſe horream
Ad eius aſpectum, & eum conſortium
Seducit improbum alterum teterrimæ
Peſtes Iuvenum ludi, venuſque, & otium
A vellit à Tritoniæ ſacrariis.
Sic igitur exhibebit hæc comedia
Rixantes, pædicones, gravidas & ſenes,
Vomentes, ebrios, lurcones, hoſpites,
Cinædos, tenebriones, mulierarios,
Quapropter adeſte animis & cum ſilentio
Attendite, ut æqui ſitis poſthac judices.
Nunc argumentum dicetur comœdiæ.

INTERLOCUTORES.

Philargyrus, *Eubulus*, *Philoſtorgus* } *ſenes*

Euproſitus pater, *Eleutheria mater* } *puellæ*

Philomates, *Acolaſtus*, *Iſgeeſtus* } *filius*

Philargyri, *Eubuli*, *Philoſtorgi*

Volax, *Myſpolus*, *Philoſtaſius*, *Moſopolus* } *Studioſi*

Prædeutes, præceptor, *Phrontiſtes, famulus*, *Daniſta, hoſpes*, *Deleaſthiſa, puella*

Walones

PHilargyrus quamvis divitiis affluens
Aegre persuasus à vicinis proximis
Philomathem filium cum ipsorum filiis
Ad studia misit liberalium artium,
qui manibus & pedibus dans operam literis
Ad summa doctrinæ pervenit culmina.
Sed Acolastus & Isgeestus pravis consortiis
Dum sese adjungunt, corrumpuntur funditus
Per Colacem, Per Philostasium & per Myspolum.
Isgeestus ludo, crebris potationibus,
Profundit immensam statim pecuniam,
Conflavit æs alienum, fecit nomina.
Acolastus deleasthisam Euprositi filiam
Deperit, absente patre vitians virginem,
Promittit se ducturum in uxorem domum,
Ex quo gravidam factam cum mater filiam
Cognovit, rem suo marito detegit.
qui contumeliam hanc ferens ægerrime
Acolastum cogit ut vitiatam filiam
Ducat fidemque servet, sancte quam dedit.
Eubulus autem tota re per literas
Comperta, mox illuc iter ad gnatum facit,
Pessundat filium, reluctatur, negans
Hunc jure cogi posse ut ducat virginem.
Ille instat, proscindunt se multis scommatis.
Tandem à Philostorgo persuasus, filio
Dat hanc in uxorem, celebrantur nuptiæ.
Isgeestus vero dolo patrem circumvenit,
Emungit argento, se febre dictitans
Laborasse, & Danistæ dat pecuniam.

ACTVS I. SCENA. I.
PHILARGYRUS, EUBULUS, PHILOSTORGUS.

Trimetri.

DIes & noctes ſtimulus hic me plurimum
Vrget, nec ſomnum oculis nocte hac vidi
Adeo me ſollicitat gnatus, dum vult ſibi
Sumptus dari, ut ingenuis vacaret artibus,
Et ut varios hominum mores cognoſceret.
Sed nimis ingentem poſcit vim pecuniæ,
Quam vix labore permagno & ſudoribus
Immenſis potui corradere, conſumeret,
Et perderet, nunc ut ſunt adoleſcentuli,
Amori indulgent plærique meretricio,
Sudores incaſſum profundunt patrios
Potando ad multam noctem, ludo, & cæteris
Rebus, quæ prorſus animum ſuſpendunt meũ.
Nam pauci conſequuntur nunc ſcientiam,
E millibus multis uix ut centeſimus
Optatam ſtudiorum poſſit metam conſequi.
Sed Eubulum & Philoſtorgum video procul
Advenientes, adibo & amice colloquar.
Salvete plurimum. EVB. Immortales gratias
Habemus. Sed qui adeo es triſtis? aut quid eſt
Animum male quod habet tuũ? contracta frõs
Etenim ſignum eſt mœroris. enarra, quid eſt?
PHI. Noſtin gnatũ meũ, Philomathe, maximi
Natu? EUB. Bene equidẽ. ſed quid is peccavit aut
Quid commiſit? PHI. Nihil cauſã mox audies
Is ab

Is ab ineunte ætate flagrans quam maximo
Studiorum amore, ingenuis semper artibus
Incubuit, ut inde divelli nullo modo
Posset, quod imprimis quidem placuit mihi.
Omnes me mirifice efferebant laudibus;
quod gnatum haberem tam diversis dotibus
Animi exornatum, qui non cæteri ut solent,
Illecebris deditus blandis libidinum,
Obnixe sed qui studiis operam poneret,
Voluptatem spernens, fugiens consortia
Mala, quę corrumpunt mores castos & bonos.
Quam mihi placebã, quã mihi adulabar miser,
Vno ore omnes beatum quod me predicant.
Nunc miser, exanimis, vix vitalem spiritum
Duco, adeo me exanimavit & perterruit.
PHILOS. vno verbo eloquere, quid est quod te
Habet? quid tã lógis opus est ãbagibus. (male
PHIL. Mox audies, heri ad me venit, clamitãs
Pater, non possum inter beanos vivere,
Idcirco me mittas in quandam Academiam,
Vt possim aut Philosophiæ studio operã dare,
Quam Tullius vitæ ducem recte vocat:
Aut animum adjungere ad juris scientiam,
Qua conservatur vitæ nostræ societas:
Aut ad sacro-sanctam, si vis, Theologiam,
Quæ nobis ad salutem æternam viam aperit,
Docens, quibus vestigiis insistere
Oporteat, Vitam nobis ut conferat
Æternam cœlestis pater, propter necem
Gnati unigeniti, qui pro nobis mortuus
Iram placavit, & cælo nos intulit.

Ne in eodem (ut ajunt) luto semper hæream.
Ad unguem nam triviales artes (quas vocant)
Perdidici, in his puerilibus ne conteram
Ætatem, ad altiora ut possim emergere.
Quę postquam dixit horror corpus concutit,
Ac, velut attonitus, verbum nullum proloquor
Nam si dixisset; excelsa ab rupe in mare
Te mox precipitato: tulissem equidem facilius
Vnde etenim tanta vis argenti mihi foret?
Aut unde tantos sumptus gnato suggeram?
Cum vix in singulos dies corradere
Tantum possim, quãtum quotidie insumimus.
Nam sumptuosa & magnifica mihi est domus
Quapropter tot curæ, tot & molestiæ (hunt
Me viuũ ad mortẽ adigunt, ac in diversum tra-
Hic gnatus poscit inauditam pecuniam,
Illiç uxor, precios as vestes expetit.
Hic ager, hic rursus est colenda vinea.
Hic ædes extreundæ, illic & villula.
Hæ sunt furiæ, quę me vexant miris modis.
Sinistro Iove me natum ut, Eubule, autumem.
EVB. Næ tu videris mihi stultus & iners homo
Qui currentem moraris, & non incitas.
Tute tuum perdis filium, tu consulis
Male tuo gnato, accensum studio dum impedis
Tu grave (crede mihi) supplicium Phylargyre
Lues. Virorum doctorum sit ratitas
Quando vides, tu quem debueras impellere,
Non impedis solum, sed & segnem facis.
Tenacitatem istam probare non queo,
Præsertim cum tantis abundes copiis

Profecto pistrino dignus, dum posthabes
Salutem gnati divitiis pessimè tuis,
Quarũ usus fructus, non dominiũ, tibi datũ est,
Quid, obsecro, Dominus qui nutu concutit
Totum mundum, & qui te his pręposuit copiis
Quid inquam proderunt, cum te vocaverit
Ex hoc vitæ curriculo? postquam munere
Tuo perfunctus auferes ne nummulum?
Quare laboras igitur ut opes colligas?
Præterea, rationes cum tecum conferet,
Damnatum suppl icio te mulctabit gravi
Te his quoniam præposuit, ut non absconderes
Sed ut indigenti subvenires proximo.
Cedo, canis, quid facies inopi proximo?
Qui non ad studia literarum suggeris
Sumptus tuo gnato; quare Themistocles
Recte dixit se malle sine pecunia
Virum, non inopem sine viro pecuniam.
Cujus ego suffragor lubens sententiæ:
Quid enim opes tibi prosunt, uti cum nescias?
Ego omnem hercule converterem substantiam
In studia filii, verbera sed non facit
Tanti, ne dum verbis ut vellet obsequi.
Quare age, commune tu perpende commodũ
Et sumptus suppedita studiis gnati tui.
Vides etenim quam nequeat sine doctis viris
Communis conservari vitæ societas.
Hi primum dispersos altis in montibus
Ferarum more vivente s homines feros
Per leges latas instigarunt, mœnibus
Novas urbes cinxerunt, tuti ut viverent.

A violento incursu exterarum gentium.
Sed legibus malorum ut vim conspicerent,
Per hos eadem servatur parta societas.
quare si vis, una gnatum mittam meum.
PHIL. Obtundis, & molestis verbis me enecas
perinde quasi ego vitam horum non noscerem,
Nam postquam miseros patres verbis lenibus
Emunxerunt argento, quævis facinora
Admittunt, sub prætextu honesti nominis.
Scortantur, potant, indies, & quoslibet
Tumultus excitant, in ædes impetum.
Alienas faciunt, hinc cædes, hinc jurgia,
Pediſſequas rapiunt in publica via,
Aut cum natabus concumbentes civium
Fidem dant, & velint eas quod ducere,
Promittunt, id quod & impregnatæ postulant
Atqui quod magis, & valde mihi quod displi-
Vxores conjugatas vitiant civium. (cet
Hinc sæpe nonnulli occiduntur, aut ita
Cæduntur, ut vitæ non sit spes amplius.
Aut comprehensi pœna plectuntur gravi.
Igitur gnatum suum mittat quisquis volet,
Ego mecum decrevi meum non mittere.
Nam scio quam sit dura, & quam multis sentib'
Obsita via, quæ perducit ad scientiam,
Quare cum nequeunt sine labore consequi,
Nec sine sudore ad excelsum culmen datur
Conscendere, mox sese ad delicias conferunt,
Ad quas lata & amæna, atque longe tritior
Via ducit, namque hæc ætas est proclivior
Ad corporis delicias & libidines,

quam

Quam ad ſtudia præſertim campo cum currere
Datur aperto,& cum non eſt qui coerceat
Eos frenis,vel cohibeat petulantiã.(præditus
PHILOS. Nę tu ridiculus homo es, nec mẽte
Sana, dum cupis hanc ætatem conſtringere
Moleſtis vinculis, ut degant cochleæ
Vitam, aut Timonis, qui fugiens conſortia
Hominum, ſolus delituit in domo ſua.
An neſcis Vlyſſem quam commendet maxime
Homerus, quod multorũ hominũ cognoverit
Mores, & multas regiones peragraverit.
Pollôn, gar inquit, *anthrôpôn egnô noon*
Et propterea nunc vocat ipſum *polythrôpon*
Nunc *polimetin* quod potuerit ſe vertere
In omnes partes, conſiliis pollens vafris
Quoniam miſer ſatis depreſſus aſperis
Et multis damnis, nactus eſt prudentiam.
Qua propter,ſi ſapis,noli interdicere
Gnato convivia & congreſſus mutuos:
In his plus diſcunt, quam ſi noctes & dies
Chartis inhæreant. Manda ut nequiſſimos
Sibi adjungat, nam cum deceptus cœperit
Egere, poſt non cuivis credet, ſcio.
Sine etiam interdum ut accedat meretriculas,
Quod ſi circunventus fuerit, non amplius
Habebit his fidem, ſed adverſabitur
Sponte ſua, demum vera eſt hæc ſapientia,
Si quis damno accepto deſiſtit & ſapit.
Quo circa non tam facile poſſunt decipi
Quam ſimplices, qui temere in quaſuis irruũt
Technas, nec imperiti ab his ſibi cavent.

Præterea perſpicuum eſt, poſtquam ad remp.
Accedunt, hanc mirâ regunt prudentia.
Sed qui ſunt imperiti rerum, fere nihil
Prosũt, nec poſſunt quicquã in cœtu proloqui.
Quapropter largiendum eſt aliquid juvenibus,
Nec utendum eſt cenſura tam rigida nimis.
Poſtquam pertæſum fuerit, deſiſtent, ſcio.
Et vitam melius etiam formabunt ſuam.
Quare, ſi libet, una gnatum mittam meum.
THIL. Age, ut lubet, veſtræ accedo ſententiæ
Conſilium perplacet, quare nè ſim in mora
Eamus intro. Puer heus, Philomathen voca,
Vos itidem veſtros quoque jubete accerſier.
EVB. I præ ſequar, fiet, non ulla erit mora.

ACTVS I. SCENA II.

PHILOMATHES, ACOLASTUS ISGEESTUS.

Trimetri.

EQuidem lætus ſum, ſed demiror cur pater
Tam ſubito juſſit me per puerũ accerſier,
Niſi id eſt, quod ſemper inſedit animo meo.
Ad mercaturam forſan vult me mittere
Ingenuarum artium, ut his mentem meam excolam,
Id quod petivi, & dum vivam ſemper petam:
Quamvis adeo obſtinate ſibi propoſuerat,
Se nolle tantos ſumptus ad ſtudia dare.
Sed quid ſit experiar, domum & me conferam
Verum niſi fallor, video properantem Iſgeeſtum,
Et Acolaſtum, percontabor quid ſit novi.

Salvete

Salvete sodales, cur festinatis? quid est?
ACOL. Pater tuus nostros secum duxit patres
Qui nos vocarunt per pueros, ut sine mora
Illico veniremus ad ædes patris tui.
PHIL. Age eamus, demiror quid hoc sit omi- (nis
ACOLA. Sat scio, erit nobis audienda concio.
Idcirco percontare ex ipsis quid velint
Nos te sequemur.

ACTVS I, SCENA III.

PHILOMATHES, ACOLASTUS, ISGEESTUS, EUBULUS, PHILOSTORGUS, PHILARGYRUS.

Trochaici, Tetrametri, Catalectici.

SAlvete patres humanissimi
Iussu vestro huc accersiti, sine mora nunc adsumus.
Mãdatis vestris obtemperaturi promptissime
EVB. Pergratum nobis feciſtis, adolescentes optimi
Quod tam propere ad nos huc advolastis, rebus omnibus
Posthabitis, & laudamus merito vestram obedientiam.
Inter nos diu multumque consilium captavimus.
Quam tandem viam vivendi inire vos oporteat
Visum est nobis: filioli charissimi, non ob leves
Causſas, ut animum adjungatis ad studia bonarum artium.
Quapropter, si vobis consilium placet, paucissimis

verbis vestrãquisque significate mentẽ, nec diu
Nos tenere suspensos, statim vos in academiã
Mittemus, sumptusque, quantum saterit, sup-
peditabimus.
PHILO. Vehementer nimis me exhilararunt
quæ dixisti modo.
Non enim quicquam esse posset, quod me tãto
gaudio
Afficeret, præsertim quod, dum vixi, non un-
quam improbis
precibus impetrare potui, nũc id defertur mihi
vltro, quare polliceor vobis, me nervis omnib.
Elaboraturum, ne frustra abliguriam bona
patria, sed longe ut revortar, quam ante fueram
doctior.
ACOL. Quamvis nonnihil, pater, reluctatus
sim nunc tamen
Do fidem me obnixe operam daturũ ingenuis
artibus.
ISG. Idem ego polliceor vobis, patres longe
humanissimi.
EVB. Perplacet mihi modesta hæc omnium
responsio.
Quare cum brevi in peregrinas oras transmit-
temini
Paululum mihi attente auscultate, atque ani-
mum advortite.
Nam salutiferis vos informabo cautiunculis.
Vos etenim perversos dũ ignoratis õres sęculi
Imperiti rerum, in quasuis irruetis fabricas.
Primũ igitur cũ nullũ vivat animal pestilẽtius.

quã mulier, cavete ne vos pelliciãt blãdiſſimis
Verbis in ſui amorẽ, quo quoniã ſub imo cort.
Fel tegit, extra melle perlitus longe dulciſſimo
Deteri'nihil eſt, nã poſtquã emũxerũt pecunia
Incautos juvenes, ejiciunt, illudunt, & indice
Oſtẽdũt digito, nã fœmina eſt nil inconſtãtius
quarum non ſecus mens nunc huc, nunc etiam
illuc fluctuat, (bus
quam carens rectore cum variis agitatur flati-
Navis in magno pelago, qui quod & immenſa
incommoda
Ex mulieribus ſunt profecta, quæ nunc per-
longum foret (via.
Singula enumerare, ſunt etenim cuivis ſatis ob-
Quare, dum licet, jugum excutite hoc veſtris
cervicibus.
Prẽterea quoque mala fugite ſuadeo conſortia
Nam per hæc bonæ indolis juvenes ſunt ſẽpe
in maximam
ducti perniciẽ, etiam in vitẽ ſẽpius diſcrimina
Aſſiduas potationes, ludos atque cætera.
Exquib. jurgia, cõflictus, cẽdes nec nõpeſſimę
Peſtes oriuntur & abunde, ut ex mari omnia
flumina
Veniunt: fugite, nec minus tanquam pernicio-
ſiſſimam (degeret
Peſtem, aſſentatores, nam melius quis vitam
Inter corvos quam inter hos, quippe, ut qui vi-
vos devorent, (davera
Illi vero non niſi mortuorum hominum ca-
Vt fert memorabilis dignaque ſcitu ſententia.

Postremo perferte & abstinete, queis complectimur
Omnem nostrã vitã, juxta Epicteti sententiã.
Ingenuis studiis dies nocteſq; incũbite gnaviter.
Vitam instituite ut leges, regioniſque ut mores ferent.
Hæc igitur vestris mea dicta sẽsibus recõdite.
Intus argentum, ne differatur, dinumerabitur.
Quare ibimus, & ad viam quę spectant apparabimus:
Vt cras summo mane, quod dii vortant bene fœliciter
Proficiscamini. PHILO. fiet pater. Heus quanta hæc est lenitas.
Disrumpor miser, tãto me inexpectato gaudio
Implerunt. Quare immortales, quas possum, tibi gratias
Summe Deus ago, hanc quod mentem patribus nostris infuderis:
Tu igitur cœlitus tuâ nosmet perfunde gratiâ.
Et largire, studia ut succedant quã fœliciſſime,

ACTVS I. SCENA IV.

EUBULUS, *Senarii.*

PRoh Dii vestram fidem, quanta est iniquitas
Hominũ imperitorum, qui ex ipsa infãtia.
Statim gnatos suos volunt fieri senes,
Nec cum sodalibus sinunt colludere.
Ac si potare, aut interdum ad meretriculas
Accedere, sit scelus: ut ignoſci non queat,
Si quidem nos dum tulit ætas eadem fecimus.

Nam

Nam scio quanto labore vix persuaserim
Vicinum nostrum, quem vocant Philargyrum,
Vt gnatum ad literarum studia mitteret.
Sed is dum male saluti gnati prospicit,
Timet frustra (quod ajunt) ne cœlum ruat.
Ne amet, ne potet, id est, ne frontẽ exporrigat.
Quoniam ipse istuc ætatis hæc non fecerit.
Sed cum nunc sint ad studia ingenuarum artiũ
Profecti, faxit Deus ut succedat bene.

CHORUS PRIMUS.

Stulte quid immensũ moriturus cõgeris aurũ?
Quid tibi conducent totius orbis opes?
Quam brevis ignoras, sit vita humana, putasq;
Cum modo te Crœsum, mox periturus eris
Obruet iucautum nam te mors, terminus ævi,
Et tua sanguinea stamina falce metet.
Lætior expectat nigri te portitor Orci.
Divite ab hoc, dicens, præmia magna feram

ACTVS II. SCENA I.

ACOLASTUS, ISGEESTUS, PHILOMATES, DANISTA.

Octonarii quadrati.

EX tam longo itinere defessis nobis utinam
contingeret (cæteris
Idoneum hospitium, ubi cibis, epulis & rebus
Possemus languentes recreare vires animi &
corporis.
In hac habitare platea ajunt bonum quendam
& hilarem hospitem;

Apud

Apud hunc divertemus, corpusque fatigatum, recreabimus,
Pulsabo igitur fores. Heus actutum aperite aliquis ostium.
DAN. Vos adveniſſe incolumes gaudeo lætorque maxime
Sed quid ſit, ad me cur veniſtis, perquam ſcire geſtio.
Quapropter adventus veſtri cauſſam brevibus exponite.
ACOL. Nos huc ad literarum ſtudia conſilio patrum, (buit
Quoniam celebritas univerſitatis longe increPetimus, ut nos hoſpitio excipere velis, & quã lautiſſime
Inſtructis epulis recreare, ut decet. DAN. nihil opu'ſt pluribus.
Verbis, fiet, parata quin jam ſunt omnia, ne ſit mora
Ite intro ut capiatis cibum. ACO. I præ nos ſequemur te hoſpitem.

ACTVS II. SCENA II.

MUSOPOLUS, COLAX.

Trochaici, Tetrametri, Catalectici,

AGe, ſi vacat, Colax paululum de ambulabimus.
Quis etenim domi ſolus nunc poſſet delitescere. (pore
Tam ſereno cœlo, tamque amœno nempe tem-
Quo tellus fœcunda producit fructus uberrimos. COL.

Col. Recte dicis ego eo una, paucis confabulabimur
De quibusdam rebus, nō enim decet ut inanib.
Nugis transmittamus tempus MVSO. Consilium mihi perplacet.
COL. Conferemus igitur inter nos de concentu orbium (sententiam
Æthereorum, ac primum tu tuam mihi dic
MV. Rem profecto difficilem proponis, eloquar tamen
Ætheream regionē octo distinxerunt cęlestib.
sphęris videlicet, septē plānetarū, quas nūcupāt
errones, & his accedit sphęra octava & maxima
Firmamentum, quod cœlum quoque nunc plerique appellitant.
Hę quia circulariter mouentur, quædam tardi
Et quædam velocius, distinctos efficiunt sonos
Nec fieri potest, ut esset tacitus motus orbium
quandoquidē sonū reddit percussus aër vimine
Hunc concentum propter suavitatem Musas nuncupant. (nominant
Lunarem globum Clio, Mecurium Euterpen
Et Venus Thalia, Melpomeneque solis orbita,
Mars Terpsichore, Iupiter Erato, sed sidus Saturnium
Dicitur Polyhymnia, at cœlum vocāt vrania m
Sicut nomen indicat, quę sic cōcordātes sonū
Efficiunt postremum qui de suavitate dicitur.
Calliope, & ob id Ascręo poētę est pręstātissima.
Quę fit ex concordante harmonia cœlestium orbium, Sicut

Sicut octo pueris cantillantibus unus sit sonus·
Ex puerilium vocum qui cõstat concordantia.
CO. Mira refers hũanę mẽtis miror perspicaciã
Sed qui fit, quod tam suavis sonus non possit percipi? (dine
MV. Cum respectu cœli terra nó sit magnitu-
Exigua notabilis. Tanta amplitudo in circulis
Est cœlestibus, quare reddunt sonum quoque maximum:
Quẽ nõ capere possunt auriũ nostrarũ angustię
Sumũs enim cœli respectu Atomi, velut Democriti,
Sicut populi qui accolũt Catadupa Nili divitis
Ingentis fragoris amplitudinem non audiunt.
COL. Suaviter mihi philosopharis, perge si est tibi otium (rent veriſſima
MVS. Hæc quia demulcent aures, ideo appa-
Sed ego convincam nõ esse concentũ cœlestiũ
Sphærarũ, argumẽtis firmis, & tu mox assenties
Non enim pulsantur, nec si pulsarẽtur adderent
Vel minimum sonum, nam cœli corpora sunt crassissima.
Præterea, absurdum soni declarat definitio,
Nam sonus ex collisione collisorum corporũ
Nascitur, in qua aër percussus ad aures nostras pervenit.
Hic tria sunt, percurtiens, aër, & collisa copora
verum illic non est qui pecutiat, nec sese mutuo
Cõtingunt, igitur nec possũt se simul collidere
Atqui, demus ut se collidant: sonus sine aëre
Neutiquam fiet, qui percussus valide facit sonũ

Supra

Supra Lunæ autẽ globũ lucẽtem, non esse aerẽ
Vnusquisq; sanæ mẽtis compos facile colliget
Cum nihil supra Lunam mutationi obnoxium
Et multo minus corruptioni ostendi posset.
Aerem porro mutationi non obnoxium
Esse, si quis diceret, nulla ratione præditus
Iudicaretur, totique naturæ contrarius.
Quare destructis principiis atq; causſis omnib.
Efficitur, propter circumgyrationem existere
Non posse sonum, qua propter nunquam mihi persuadebitur.
Sed satis confabulatum est, alio nunc me conferam. (tas
CO. Hercle divina est mẽtis tuæ in rebus sagaciverũ quãdoquidẽ nunc alio te rapiunt negotia
Iam diutius non detinebo, & magnas gratias
Non solum ago, sed etiam habeo, ego hac ibo, tu interim vale.

ACTVS II. SCENA III.

PHILOMATHES, ACOLASTVS, ISGEESTVS, COLAX.

Scazontes.

ENimuero cutem curavimus laute.
Et corporis perbelle reduximus vires,
Nunc igitur restat, ut doctissimo nostinet
Præceptori, qui nos ad culmen excelsum
Doctrinæ ducat, conferamus, ut lætis
Studia procedant auspiciis ACOL. Mones recte
Eamus igitur ut docto, pio & cujus
Fides perspecta est omnibus (oppido nam sunt
Hæ virtutes raræ) credamus, ut ductu

Hujus

Hujus non ſolum diſcamus bonas artes,
Sed moribus etiam, qui nos decent, caſtis
Mentem informemus. ISG. Adoleſcentulum comptum
Viden'? certe habitus ſtudioſum indicat, quare
Ex hoc quæremus quis ſit anteſignanus
In hac tam clara & celebri Academia, ne nos
Indocto credamus, ne & (quod ſolet dici)
Cæcus cæcum ducat, tu exquire rem ex ipſo
Philomates. PHI. Salve adoleſcens plurimũ.
COL. Ingentes
Ago vobis gratias, pauciſſimis quid ſit
Quod vultis expedite, nam mihi jam non
Licet vobiſcum multum fabulari, ſed
Negotia me alio vocant, age uno dic
Verbo. PHIL. Fiet: Petimus nos certiores ut
Reddas, quis antecellat cæteris, & quis
In hac Academia quam plurimos ſemper
Erudiat ſtudioſos, nam nos quoque huc miſſi,
Vt animum adjungeremus ad bonas artes.
COL. Non infimo vos judico loco natos
Id quod mores, vultus verecundus, & deinde
Veſtitus, inceſſus, ſubindicant clare.
Quare quod petiiſtis faciam lubens, & vos
Ducam, ad Pędeuten, qui nunc cęteris præſtat
Longiſſime, ſtudio, pietate, doctrina,
Fide, quę nunc res intermortua eſt pene.
Hujus igitur fidei, volueritis ſi vos
Committere, ſequimini, nam vos ad hunc ducam.

ACTVS II. SCENA IV.

COLAX, PHILOMATES, ISGEESTUS, ACOLASTUS, PÆDEUTES Præceptor, Phrontistes famulus.

Senarii.

HEus heus nemon' prodit? PHRON. quis est, qui calcibus
Insultat januæ, quid vis, vel quid cupis?
CO. Est præceptor domi? PHR. Est, sed mihi ne quempiam
Ad se intromitterem mandavit serio.
Verum expectato, mox revortar huc foras.
Colax adest ducens tres adolescentulos,
Vult intromittier tecumque colloqui,
Me primum jussit introire ut quærerem
An sibi pateret aditus ad te paululum.
HAED. Age accedat. COL. Quid nunc? licet? PHRON. Introite jam
COL. Salve præceptor. PAED. Habeo gratias. Sed quid cupis (cerem
Hoc comitatu? CO. ut eos ad te huc introduPetierunt, verum quid cupiant mox audies.
PAED. Advĕtus vester est mihi optatissimus
Sed quare huc adveniistis, scire pervelim.
PHI. Nos claritate nominis tui, & scholæ
Excíti, consilio patrum huc devenimus,
Vt animum adjiceremus ad ingenuarum artiũ
Studia, quibus imbuti non solum Ecclesiæ
Sed & possemus prodesse Reipublicæ.
Cum igitur tu cæteris præstes longissime

Docen-

Docendi ſtudio,& (quod nunc eſt rariſſimum)
Fide, petimus nos in diſciplinam ut velis
Recipere, pollicemur diligentiam
Iugem, & nos gratos erga te exhibebimus,
Non ſolum precio, ſed tui etiam memoria,
Quam nō lethe poterit,dum vivā,extinguere,
Pae. Equidē talentū quod mihi eſt cōcreditum
Humi non mandabo, ſed cuivis libera
Ad uſuram dabitur utendi copia.
Nam ſemper impenſe omnibus ſtudui bonis
Prodeſſe: idcirco ne nunc etiam abſcondere
Lumen videar, recipio vos quidem lubens.
Nam multum pollicetur mihi bona indoles,
Quę in vobis elucet fulgore maxumo:
Quam etiam natura oſtendit ſignis plurimis;
Nam prę terquā quod frontis mihi mediocritas
Pilorumque color medius, nimium non niger
Nec albus nimium, & quoque capilli criſpuli
Oſtentant ingenium bonamque memoriam
Sed etiam lineamenta omnia corporis
Immēſū quiddā & magnum promittunt mihi
Hujus etenim ſcholæ lex eſt: *geómetros*
Ne quiſquam introeat, quare diligentiam
Si adhibueritis, non dubito quin breviſſimo
Tempore percipietis fructus uberrimos.
Sed cum non liceat ad muſas lata via
Currere, verum anguſta nimis atque ſentibus
Multis obſita, ad excelſum montis verticem,
In quo Phœbus virginibus ſtipatus novem
Sed et, tangens citharam canoram pollice:
Pellite deſidiam, nam ſegnes ab hoc procul

Ar-

Arcentur colle, quippe qui per maxumos
Sudores ascenditur, & diligentiam
Vigilem. quare improbo labore hic est opus
Si quis scientiæ vult fructus carpere;
Nam literarum radices Isocrates
Amaras dixit, sed fructus dulcissimos.
Hinc veteres pingebãt Mercurium & Herculẽ
cupidini junctũ; quippe quod ingenium, amor
Et labor in eo requiratur, qui ascendere
Vult ad præruptum & arduum scientiæ
Collem. Labori vos fortiter opponite,
Sicut se palma contra onus in altum erigit.
Nam permagno labore dii vendunt bona
Omnia hominibus. sic tandem dabitur libere
Ad musas currere, quas me duce videbitis
Brevi, à quibus edocti rerum scientiam
Multarum, immortali fama clarebitis:
Non etenim ad rem parandam faciunt literæ
Solum, sed & favorem regumque & ducum
Conciliant: quamvis si doctis inops, ditior
Multo quam indoctus omnium ditissimus.
Nam doctus non ignem, non fortunam timet
Non exilium, sed cuncta bona secum gerit.
Quare labore & vigiliis contendite
Ad excelsum culmen doctrinæ ascendere.
Ad cujus limen assident cura & labor.
In me, non deerit vobis studium, non fides.
PHI. Fiet præceptor, omnibus insudabimus
Nervis, & literis semper inhiabimus.
Nam scio quid possit ignavum & molle ocium
Non etenim solum ad vitia est fomes plurima,

Sed

Sed etiam ingenii vires reddit languidas
Et corrumpit, quas intendit vel maximus
Labor, ut est in ferro cernere durissimo,
quod citius, cum jacet, scabra rubigine
Conteritur ac consumitur, quam maximo
Vsu, ergo totis incumbemus viribus,
Labores nullos impigre fugitabimus,
Vt possimus penetrare ad montis intimos
Secessus. tu vale igitur nunc charissime
Præceptor. PAE. Et vos adolescentes optimi
Deus fortunet vestros conatus pios.

ACTVS II. SCENA V.

MYSPOLUS, COLAX.

Tetrametri, Iambici, Catalectici.

HEri perstrenue quidem usque ad primam noctis horam (inebriati
Potavimus, omnesque Colax, adeo sumus
Vt vix possemus stare, quin ad terrā laboremur
Proni, ut solēt hi qui laborāt morbo Comitiali
Siquidem brevis Epilepsia est ebrietas, eruditi
Viri ut dicunt. Cum igitur nos satietas cepisset bibendi
Prodim' in forū. Primū ingēs nobis multitudo
Walonū venit obviā, qui in nos imbre ruentes
Lapidum, magnavi faciūt impetum, hos animo virili
Sic cędimus, ut victi tādē dare terga cogerētur
Multosq; vulneravimus, ut vix spes vitę sit ulla
Mox orto clamore in nos insurgit vigilū caterva
Armis radians, pars gladios stringunt, pars magno tumultu Tor-

Torquent venabula, quos statim egimus in fugam ut columbas (gare.
Aquila solet, vel lupus agnas, cervam ut leo fu-
Risu emoriebar, quod tam turpiter hi, quibus salutem
Vrbis senatus commisit, fugerint. COL. Age quid deinceps?
Civesne sunt commoti? nam prompti adversus studentes
Esse solent. MYS. Maxime, concurrunt mox clamore magno (asylum,
Instructi armis. Sed nos ad nostrum cōfugimus
quis enim cum tanta stultus multitudine dimicaret?
COL. Laudo, nec possum quin suspiciam hoc tantum facinus audax.
Cur etenim à vobis vi vim illatam non depelleretis;
Nam bruta, quāvis nostrę sint expertia rationis
Propulsant externā vim, quare non nobis liceret?
Verum isthęc missa faciamus, age ad proximā tabernam
Vinariam ibimus. Sed est ne ille Isgeestus & Acolastus
qui nobis obviam procedunt? hercle sunt, quid hoc sit,
Demiror, quod tantopere festinent. MYS. Ad lectionem
Fortasse ituri sunt. CO. Expectabo atque interrogabo.

ACTVS II. SCENA VI.

MYSPOLUS, COLAX, ISGEESTUS, ACOLASTUS,

Septenarii.

CO. Salvete plurimum ſodales optimi, ſed heus
Quo tenditis? quid feſtinatis? ACO. nihil, niſi cum diu (feram
Hora ſit audita, ad lectionem ut mox me con-
Siquidem neglecta lectio nunquam revertitur
Nec velut Euripus Euboicus rurſus reciprocat
COL. Hui tun' ad lectionem? ISG. quorſum vos ergo ibitis?
COL. Nos ſymbolum contulimus apud Deleaſthiſæ patrem, (ximus
Ibi aliquantum potabimus, nam genio addi-
Totum hunc diem, multis quem tranſmittemus gaudiis.
Quare ſi vultis ire nobiſcum acceptiſſimi (mi
Eritis, ſat ſcio, ubi ſunt præterea juvenes pluri-
Spectatæ fidei, caſtis exornati moribus, (ctos
In quibus eſt nihil ſimulatum, quin aperto pe-
Omnia agunt, cum quibus in tenebris mices tutiſſime. (lubens
Non eſt quod timeatis, ego pro vobis ponam
AC. Non poſſumus, præſertim lectionis horula.
Cum inſtet, quam non libenter negligimus, deinde pater
Potationes nobis interdixit ſerio.
Mandans, dies & noctes ingenuis ut artibus

Incum-

Incumberemus. MYS. Ego in his non morem
gero patri, (spiritus
Vlque adeo dum hanc reget vitalis animam
Dumvernat ætas, dū vegetę sūt vires corporis
Vitam multis variisq; illecebris lætus transigā
Volubili nam gressu hęc ętas cito prætervolat
Quare morositati non erit apud me locus.
Scio etenim effœta quid secū senectus advehat
Tristitiam, lāguorem, imbecillitatem coporis
In quū tot morbi, totq; infortunia magna inci-
Vt, deliria, mortis inopinus horis singulis (dūt
Adventus expectādus, atque quæ sunt cætera
Ad eam stadio decurso postquā metam venero
Tūc sapiam, tūc prudēs ero, destitutus viribus
Cum fuero, spōte cessabo, atq; cum illis sęculi
Hujus mores despiciam annihilabo, ut ne quod
supra?
Nam cū ipsis nō licuerit rebus his operam dare
Vel per morosos pręceptores & rigidos patres
Aut per egestatē, nobis eadē prohibēt & vetāt
Fœlicitatem hanc nobis invidentes invidi.
Quare delitiis perfruar, quas adolescentia
Fert, & vos si saperetis, mecum faceretis scio
rogo igitur si potest fieri, ut nobiscū illuc simul
Eatis, ego vicissim non mortis pericula
Adire formidabo, me dicetis alterum (dixerat
Pyladē, qui se sæpe Agamemnonium Orestem
Apud Thoantē regem Scythię ut eū periculis
Eriperet mortis, vitam non dubitavit ponere;
Prętera tibi amicitia jūges juvenes plurimos
Stemmate præclaros, & genere ortos nobilis-
simo.

Ac. Age, eamus una. Sed posthac ero diligentior.
Nam non possum semper chartis & studiis immori.

CHORUS SECUNDUS.

Quotquot Pierii numina verticis
Intonsumque colunt Pegasidum ducem,
Noctes atque dies pectore cogitent
Vt pravos fugiant & temerarios,
Syrenum veluti dulcia carmina.
Namque hi virgineos non maculant modo
Mores, quinetiam ad pessima sunt mala
Calcar pernicies fœda dolis scatens.

ACTVS III. SCENA. I.

ACOLASTVS

Senarii. Iambici.

DEum immortalem, quantus ignis æstuat
In me, qui quoniam per venas passim repit
Totum cor incendit flammis furentibus:
Enceladus quamvis inflammet Trinacriam,
Dum fumantes ignes iratus evomit:
Audacter affirmare ausim, majoribus
Me torqueri æstibus: quin verba flammea
Videntur, adeo me Deleasthisæ coquit
Et formæ decus, & morum castimonia.
Taceo cætera tam coporis quam animi bona.
Nam formæ tantus est splendor, vix ut putem
Esse aliquam cum qua merito conferri queat.
quin etiam Iove Saturnio dignissima,
qui captus nunc Europæ, nunc Calisthonis,
Nun

Nunc Iüs, nunc Semeles formis pulcherrimis:
Sed ex hujus forma plus incaleſceret,
Quam Cithereæ preferret Priameius Paris,
Quæque aureum pomum ferret digniſſima.
Quid referam nigricantes oculos? quid ebore
Candidius collum? quid cæſariem, ceu auream
Denique color ſanguineus mixtus lacteo
In facie? quid memorem turgentes mãmulas?
Inſumma, tanta eſt corporis laudabilis
Habitudo, ut in hanc Deos Deaſq; omnes reor
Certatim contuliſſe munera ſplendida,
Ac ſingulari effictam diligentia.
Certe formam Venus dedit, animi bona
Minerva, dicendi leporem Atlantius
Iuvenis, nam quoties veniunt verba virginis
Mihi in mentem, quæ inter nos facta ſunt heri:
Ita exardeſco, ut niſi amorem meum expleam
Actum ſit de me, & vitæ non ſpes amplius.
Outinam tantum me à te mare disjungeret,
Quod Abydenum juvenem & puellam Seſtiam
Disjunxit, non timerem impetuoſum mare,
Quin ſubito ad te tranarem, modo mihi copia
Tui fieret. Nam timidos & ſegnes amor
Odit, nec vereor quod ſit ſubmerſus miſer.
Non idem ſemper univerſos exitus
Manet. Tu igitur alma Venus aſpira meis
Cœptis, & fac puellâ infelix ut fruar.
His etenim adeſſe ſoles, qui ſub cupidinis
Tui gnati ſignis merentur fortiter.
Fac igitur parili ut amore puella exæſtuet.
Per te Atalantã pulcher curſu transgreſſus eſt

Hippomanes, poma postquam emisit aurea,
Quibus tollendis impedita vincitur.
Tuo beneficio rapuit Helenam Paris,
Propter quam tota Asia est eversa funditus.
Sed stultus in ventos quid amorem effutio?
Aggrediar rẽ, en jam commodum prodit foras
Nunc dabitur colloquendi late copia.
Amorem detegam remotis arbitris
Si nil preces valebunt, addam munera
Quę conciliant Deos, ne dũ animũ muliebrẽ.

ACTVS III. SCENA. II.
DELEASTISA, ACOLASTUS.
Trochaici, Tetrametri, Catalectici,

ÆDepol nunc primum sentio, nunc misera intelligo
Quid possit amor, quem tam sæpe execravi indignissime, (compotes
Omnesque puellas tanquam non sanæ mentis
Quę capi se amore perpessæ sint valde turpiter
Nempe Medeã & Scyllã & Minois regis filiã.
Nũc Palinodiã cogor cãtare, nam vis major est
aligeri Dei, qua ut imbelles possint mulierculæ
Huic sese opponere, qui maximũ Iovẽ coegerit
vt tauri vel cygni formam induceret, stulta igitur fui (mus
Quod sum sæpe amorem verbis detestata pessi-
Namque amor, ut sequentes ducit, sic reluctantes trahit. (exerceo:
Id quod experior nunc misera, quæ modis
Miris. Acolasti etenim forma excellens me coquit

Qui

Qui forte heri apud nos una aderat hesterno in
convivio.
Hunc postquam conspexi, flammas concepi
imo pectore.
Vt nisi optato ipsius perfruar amore, funditus
Perier. quare deos immortales supplex precor
Vt nos optatis Hymenęis jũgãt Iunone auspice
Quod si non fiet, laqueo vel ferro vitã finiam,
Et parcis invitis truncabo fatalia stamina.
ACOL. Arrige nunc aures Acolaste, tua agi-
tur jam res & salus.
Age ne te maceres, tui te faciam voti cõpotem
Nõ possũ me cõtinere quin salutẽ & colloquar
Salve mea venus, salve & charis tu mellitissima
DELE. Euge Acolaste, salve ab imo calce
ad summum verticem.
Cur tristis? cur pallidus? quare ducis suspiria.
Nũ mali tibi quicquã cõtigit? nã sũt hęc secula
Insidiis hominũ plẽissima, dũ melius sibi cupit
Quisque quam alteri, enarra quid afflictet te,
corculum.
ACO. Hei mihi. DEL. Per Deos omnes te mĩ
animule oro & obsecro. (deat
Vt mihi detegas audacter quid miserũ te mor-
Omnib. nervis operã dabo ut tibi bene cõsulã
ACG. Omnino nihil, non cœlum sudum est
omni tempore. (maximum,
DE. Facies indicat tua pertristis dolorem
Quẽ nisi notum feceris mihi, peribo funditus
Dic age, num quisquã tuis doloribus mederier
Possit. ACO. Hercle nemo nisi tu sola potes,
quare adjuva.

DEL. In me non erit mora, tu saltem mihi mentem aperi tuam.
ACO. Age vero, dum adeo isthæc, delicium meum, scire expetis.
Da fidem te nulli crediturum,&nusquã gentiũ
Divulgaturam DEL. En dextram meã,quę fidei symbolum est. pocratem.
Angeronam me dices, Ægyptium atque Har-
AC. Cũ mihi nuper astlideres lauto in convivio
Cœpi, Deleasiisa, contueri tam laudabilem
Formam, quapræstas, quaque antecellis vel longissime. (simas
Omnibus puellis. Hesperus ut quam fulgidis-
Stellas vincit,& Lunã Sol ut fulgore maximo
Superat, sic tibi laude formæ nulla virgo æquabitur.
Sed velut præsente Sole pereunt omnia sydera
Sic tecũ collate forma cũctarũ obtenedrabitur
Singulę nã partes corporis sũt dignę ãplissima
Laude,queis narrandis,ne dum exornandis,vix Gallicum (rem.
Herculem satis facturum existimẽ, vel Nestogemina quis dignèlaudetrutilãtia frõte lumina
Ex quibus vel mille gratiæ catervatim emicãt
Quis roseum os? aut quis genas rubicundulas? Quis palpebras. (aureos
Nigras laudet? qnis capitis pilos celebret vel
Quis mamillas eminẽtes sũmo laudet pectore?
Denique cuncta respondent sibi,quę sunt toto in corpore. (metriã
Nil nimis magnum.nihil parvum nimis, sym-

Iusta,

Iustâ cõformata sunt, satis mirari ut non queã
Quæ dũ caute circũspecto, Deleastisa, singula,
Cœpi perdite te amare, nam per oculos influit
Sævus amor cordis in penetralia intima, ceu per cannulas, (crudeliter:
qui me flãmiferis sagittis transfixit (pere
Adeo ut nec die quies mihi sit, nec nocte car-
Somnum possim, sed semper tua forma obversatur mihi, (funditus
Vt meum nisi amorem explevero, perierim
Ipso inflore ętatis, ceu rosa quę calore maxumo
Solis cũ fuerit correpta, marcessit mox decidẽs
In tua cũ sint igitur manu tã mors quã vita, te
Suplex obsecro ut uitam mihi dones, neve me sinas (meum.
Morte perire, meæ & volũtati acquiescas, mel
roscę quidvis volueris, vel preciosissima munera
Nam tibi nil denegare possẽ, quin mox largiar.
DEL. O indignum facinus, Proh Deus, audacem impudentiam.
Vah qua fronte sollicitate me audes de stupro,
Anne venalem, aut in propatulo me habere existimas (blico
Intactam pudicitiam? an cum scorto te nũc pu-
Verba facere? nec mei rationem habes, canis impudens. (darem.
Ni fidem tibi dedissem, proh quantas turbas
Nobis nõ eadẽ ratio est, quę vobis adolescẽtib.
Virgines enim omnes cõferrem cũ veste serica
Adolescentes porro referunt aurum quam purissimum.

Nã velut illa cũ ſeel maculas turpes aſſũpſerit
Aut in cænũ ſi demerſa fuerit impuriſſimum,
Elui poteſt nec arte, nec labore maxumo.
Aurũ vero quãvis cõmaculatũ, extergi ſic pot.
Etiã plus ut niteat, quã ãte, ſi putũ purũ foret.
Sic adoleſcẽtes flocci faciũt, quia illis nõ obeſt
Sed nos ſi ſemel cõſperſę fuerimus tenui nota.
Nunquã detergemus acceptã à nobis infamiã.
Quare oportet, ne pudicitiã perdamus turpiter
Invigilare caute, quæ nobis dos eſt ampliſſima
Quam ſemel læſam nunquam redimes vel ære maxumo. (Tygridis.
ACOL. O crudelitatẽ immenſam, & ô ſęvitiã
An nõ te miſeret mei? quẽ cernis cõtabeſcere
Nimio amore, non ſecus ut quondam Clytiæ miſerrima (plum ſequar,
Cum jam ſim repulſam paſſus, multorum exẽ-
Et vel ferro vel laqueo ſalutem quærã, tu lues,
Pœnam, quæ mortis feræ mihi cauſſa es cru-deliſſima,
Deleaſthiſa, do fidem, & juro per cõſcia ſidera
Me te ducturum uxorem domum, ex me ſi cõ-ceperis. (peſſime.
DE. Dii te perduint cum iſthac procacitate,
ACOL. Quo fugis? audi verbum unum. DEL Non audio petulantiſſime. (ſutiam
AC. Non poſſum non admirari cunctarũ ver-
Adeo ut oẽs in eodẽ ludo edoctas eſſe arbitrer.
quod tã pulcre diſſimulare didicerint & calleãt
Id quod nũc in Deleaſthiſa cognovi certiſſime
Quę cum amore tanto exæſtuet diſſimulat op-time.

Sic

Sic ingeniũ est muliebre his institutũ moribus
Vt quãto plus exoptẽt, tãto opponãt se fortius
Quo magis expetãt, eo reluctẽtur plus & negẽt
Nam cogi volunt volentes, & reluctãtes petũt
Sed ad eã me conferã, intus ut reconciliẽ mihi,
Et petã ut convivium apparet nobis lautissimũ
Nam colacem cum Myspholo, & Philostasiũ
ipsumque Acratem
Invitati ad cœnam, cum quibus cras frontem
exporrigam (jam profectus est.
quandoquidem pater cum matre ad amicos

ACTVS III. SCENA III.

ACOLASTUS, DELEASTISA, COLAX, MYSPOLUS, PHILOSTASIUS, ISGEESTUS, CERDONES.

Senarii, Septen, & Octonarii mixti.

PVer heus insterne mẽsam, posi ocyssime
Ad Colacem & cæteros te confer, ut sine
Mora veniant jube, cuncta esse dicito
Parata, mo^v voca aliquem qui cœnantibus
Nobis ludat fidibus, ne quid desit vide,
Tu Deleastisa compara coronulas
Aliquot, convivis quas des advenientibus,
Postquã verbis blandoque amplexu exceperis
Vt sint omnia superflua, ne desit vide.
Abunde cras solvam, tene tu memoria.
Si plus exposueris. DEL. Curabitur bene.
Tu saltem, convivas ut exhilare, vide,
Vel poculis, vel persalsis facetiis,

ACO. Intendam vires omnes, ut me ſtrenuã
Geram potando, ne diſcedant ſobrii.
Siquidem meretur laudem nunc ampliſſimam
Co. Salvete plurimũ. Aco. Ingentes vobis ago
Quod adveniſtis, gratias, ſuaviſſimi
Congerrones. My. Sed non ages poſthac, ſcio.
Edaces & bibaces convivas habes.
DE. Adventus veſter eſt mihi acceptiſſimus.
CO. Hoc amplexu præ gaudio cor exilit.
DE. Corollas has, horti noſtri donaria,
Accipite æquo animo, exigua nec munuſcula
Spernite. Phi. Quã ſuave ſpirant hæ coronulę.
Aco. Puer recẽtem aquã fer, ut lavent manus.
ISG. Ad ſacrificium nos ituros autumas?
Quæ manibus illotis tractare erat nefas.
Aco. Accũbite. Iã lubet animo meo obſequi.
indulgens genio vivam, dum vivam, bene.
In Alexandrinis deliciis vitam exigam.
Dum fert ætas, dumque valent vires corporis.
Aut bibat aut abeat, Græcorum in conviviis
Erat lex celeberrima, quam nos hic gnaviter
Servabimus, quare Colax hoc prębibo.
Tibi, quod fauſtum ſit fælixque, poculo.
Col. Lubens excipio, & ſũmas habeo gratias.
Ac, tibi vero hũc uno Myſpole, hauſtu cãtharũ
Do. ſed tu Deleaſthiſa, mel meum, Prius bibes
My. excipio, ſit ſat. Co. heus Iſgeeſtus, hoc tibi
Quod cernis prębibo poculum. AC. Habeo
lubens,
My. Philoſtaſi, hoc ſaluto te benigne cãtharo.
Phi. Reſpõdebo. ſed mẽſę exhauſtũ imponito.

MY. Vi-

MY. Videbis, candide bibam, non de me ăliter expertus es. (canat.
ACO. Heus puer, accerse, ut jussi qui fidib.
Ni recte efficies vapulabis postea. (concine.
Deinde huc ad mensam concede, & cantilenã
PV. Adest. AC. Intende nervos, bone vir, &
Faceta cantiuncula, si quid potes. (excita nos

ODE DE ADVLTERIO

Viderat Martem Venerem foventem,
Atque inextructo thalamo cubantem,
Qui regit solis volucres quadrigas
Comptus Apollo.
Nunciat fabro cito claudicanti,
Qui graves technas animo doloso
Invenit, parvas fabricans cathenas
Retia ponit.
Est & in Lemnum peregre profectus,
Id quod observans rigidus Gradivus
Mox ad assuetum thalamum cucurrit,
Gaudia quærens.
Cumque conscendunt, cupidos amantes,
Fraudis ignaros capiunt cathenę,
Ex quibus captis datur exeundi
Nulla potestas.
Mulciber postquam videt esse captos,
Convocat cunctos superos deasque,
Vt scelus Martis rigidi viderent
Cum Cytheræa.
Matris amplexu Venus obvoluta
Præbuit risum superis solutum,

Membra quod nulla potuit pudenda
Veſte fovere.
Non erat quiſquam ratione tali
Qui pati amplexus cuperet Dione,
Præter Atlantis nitidum nepotem
Pleioneſque.

ACOL. Equidem & ego me cum Venere vinciri permitterem. (plevimus.

ISG. Satis commeſſatum eſt, famemque exIube faſciculos aliquot chartarũ huc adferrier
Cibus tollatur, ludemus parũper, nã quid alea
Poſſit, lubet experiri. ACO. Puer heus, profer faſciculos duos.
Mappam menſalem tolle cum cibo, & ſtatim
Aquam purã, ut lavẽt manus, adfer, ne ſit mora
MY. Iſgeeſtus, tu diſtribue folia, verum fraus abſit & dolus.
Pecuniam conjiciemus in hunc circulum,
Vt qui futurus ſit victor mox auferat,
Nunc volve fortuna rotam, nunc mea ſuſpice
Vultu benigno vota, victor tibi bidẽtes offerã
ISG. Periclitemur quid vehat fortuna, tu colax
Es primus. ACO. Accede Deleaſthiſa huc, ludemus paululum.
Sudarium auro pertextum depones, ego duas
Vlnas deponam ſerici villoſi, age aſſide.
D. Vtut placet, impartire folia, vincã te certil.
ISG. Mea eſt pecunia hæc, vici ludum. PHI. non largior.
ISG. Cur non? PHI. Pecuniam, inquam, redde furciſer.

ISG.

ISG. Non reddam. PHI. At ego, ſcelus, viciſ-
ſe te nego. (ſed ſubdole
ISG. Quid cauſę? PHIL. Non aperte luſiſti,
Compoſuiſti chartam, & folium è medio ſub-
traxiſti. Dein (pudens.
Clã quod nõ placuit ſub menſam demiſiſti im-
Atque en jacet adhuc ſub pedibus tuis, quare
pecuniam
Redde. ISG. At non reddam, medium te licet
diſcerpſeris. (niam.
PH. Hoc pugione te pungam niſi reddas pecu-
IS. Vt lubet, ego itidẽ faciã robur experiar tuũ
Proh facinus indignum trucidor heu miſer
Acolaſte ſubveni, quid ceſſas? PH. Proh, tantũ
In alienis ædibus admittere, non pudet (ſcelus
Tãtas turbas ſub noctẽ dare? ISG. quid ceſſas?
vindica. (mones.
Trucida. IS. Sublimem rapiant omnes te dæ-
An leve crimen putas tantam vim facere in
aliena domo.
Mox amove te hinc, aut fuſtibus ejiciã te foras
Hanc pro meis meritis nũc gratiã rependitis?
PH. Quid tibi vis? nõ me terrebis ſęvis dictis tui
Iam pugnus hęrebit tibi in mala, niſi os com-
preſſeris.
MYS. Quid agis Philoſthaſi non decet tumul-
tuari in ædibus (ibimus.
Alienis, nam capitale eſt facinus, age domum
Deducam te uſque ad contubernium tuum
Per hanc plateam, eſt enim quam cæterę mul-
to tranquillior

Sed

Sed ecce ingens Walonum multitudo nobis obviam.
Venit vociferando WAL. Ba ba bu. PHIL. Vix duo sunt, tace. (fugam.
Mirum spectaculum videbis, hos agemus in
Canes enim qui vehementer latrant, mordent minus.
colax ad dexterã cõcedito, tu isthinc Myspole
Aditum interclude, ne qua pateat his fuga.
Horrendum clamitant: ego stricto hos ense persequar.
Tanquam prædam in casses agam, vos sternite
Eos ad terram, intellexistis me? COL. bene
WAL. Ba ba bu. PHIL. Ho ho ho. Wal. Heu-heu inermes cædimur. (in pedes.
COL. Satis dederũt pœnarũ, conjiciamus nos

ACTVS III. SCENA IV.

PHILOMATHES.

Trimetri.

VSu tandem quotidiano jam comperi,
Vere dixisse Homerum, qui quam plurimos.
Dissimiles patrum dixit esse filios.
Plures pejores, meliores pauciss imos.
Cujus rei clarissimum exemplum Acrates
Et acolastus præbent, qui cuncta dissipant,
Quæ patres vix summo labore & maximis
Sudoribus congresseunt. Sed incidit
Vetus sermone vulgatum proverbium:
Tenax requirit prodigum, & dum attentius
Omnia perquiro, video: quando altissimus

Sit

Sit Parnassus, & ad hunc angusta semita
Sentibus innumeris & spinetis obsita,
Saxosa, & non nisi per sudorem pervia,
Ad quam monstra advigilant aspectu pessimo,
quæ ascendentes non admittunt, sed avocant
Voluptas, paupertas, pravum consortium.
quamvis sublata voce Pierides vocent,
Et monstrent laureos licet ramusculos.
Circumvenire multos his monstris, quibus
Dum dant operam, à studiis se totos segregant
quod contingit meis quoque conterraneis,
qui dum nimis libidinibus obtemperant,
Remiserunt Musis & Phœbo nuncium.
Ad hos igitur, si sint domi, me conferam,
Vt in viam reducam, & ad frugem referam,
Sed ecce cum Acolastum video.

ACTVS III. SCENAV.

ACOLASTVS, PHILOMATHES.

Trimetri.

SAlve plurimum.
Oportune quidem venis mihi obviam.
Sed ubi est Isgeestus ACOL. Domi est, ægrotat paululum.
PHI. Ægrotat? quo morbo? letali forsitan,
ISG. Non arbitror. PH. Verũ unde exortus tã
Invaluit morbus fortasse aliquanto bibit (cito
Largius. AC. Ego hercle ignoro. PHI. Non est quod tegas,
Rem novi à principio. Sed mirati satis

Non

Non possim, cur istos sectere gurgites.
Cur istis te adjungas, quare commercium
Habeas cum perditissimis nebulonibus,
Qui non honestatem, non pietatem colunt.
IS. Heri ad me veniebant, quare ego pro virib.
Satis prolixe tractabam. PHI. Miserrimum,
Eo nunc rem rediisse, ut si cui bene velis,
Hunc multis nisi mox poculis inebries
Amicitiæ disrupta dicant fœdera.
An patris verba tibi exciderunt tam cito?
quibus monebat nos, ut scis, ne talibus
Adhæreremus, qui bonarum ab artium
Studiis nos abstraherent, & pravis moribus
Vitam nostram inficerent, morati pessime.
Videbis in quæ te incautum trudent mala,
Postquam satis blandis verbis te illexerint.
ISG. quod si nõ fecero, trimonẽ me appellitãt
Aut philosophum. PHI. Dicant, permitte,
quod velint.
Nam nulla fides est, nec justi observantia.
quos coram cernis & putas esse optimos,
His minime fide, nam sunt perversissimi,
qui te apud alios illudent, quamvis plurima
Coram, & vitam promittant pro te fundere,
Nam tales præditi sunt lingua duplici.
Mel & virus spirant uno ore & halitu.
IS. Non arbitror, namque horũ perspexi fidem
PHI. Fidem? qua in re: quod est letali vulnere
Ab is Isgeestus confossus? egregiam fidem.
quod temetipsum ferme ejecissent domo.
ACO. Non est lethale, vix mucrone paululũ

Per-

Perstrinxit, postquã multo esset vino obrutus
PHI. vide quid agas, nõ homines hujus tẽporis
Tam cito cognoscés, quin etiam centum sălis
Si modios cum nonnullis hic consumpseris,
Vix ingenium cujuslibet perspexeris.
Crudeles sæpe serpentes sub floribus
Latent, & spinas sæpe quoque rosæ occlulunt
IS. Non possum me plane ab hominibus se jũgere,
Nec pater unquam interdixit, ne bonas mihi
Amicitia adolescentes adjungerem,
Et omni demererer benevolentia. (Iupiter
PHI. Amicitia inter latrones? ACO. Proh
Tua quid interest? Si quid consumpsero
Id fiet de meo. PHI. Consume non moror.
Sic sunt nunc homines, qui cũ sibi nõ cõsulant
Alios bene monentes tamen non audiunt.

CHORVS TERTIVS.

Qui vis ingenuis labore magno
Eniti studiis, ad astra clarum
Nomen tollere, fæminas venustas
Et ludos, epulasque sperne lautas.
Incautos juvenes tria hæc inescant,
Atque ad plurima probra dant fenestram,
Et gignunt odium novem sororum.
Obnixe studiis adhære honestis.

ACTVS IV. SCENA I.

EUPROSITUS, ELEUTHERIA *Senarii.*

A In' verum esse, quod nobis absentibus
Vitium sit oblatum (me miserum) filiæ,

ELEV.

ELEV. Sic est, EVP. Quis fecit? ELEV.
Acolastus. EVP. Nullam fidem
Esse in mundo, proh Iupiter, heu injuriam.
Vixsum compos mentis, sic ebullit cruor
Circa cor, atque ad iram mentem concitat.
Si mihi scelestus nunc daretur obviam.
Hunc ensem in costas adigerem vi maxima,
Et hanc viam cerebro miseri conspergerem.
Vires, Acolaste, gessisti te fortiter,
Imbellem debellasti vir puellulam:
Pudicitiam eripuisti, age, te mihi obviam
Offer, conceptã merito hanc in te irã evomã.
EL. Dedit jusivrandum se ducturum domum,
Quare efferveſcentem iram, mi vir, comprime.
Placuit puellę species adoleſcentulo,
(Pudicitia cũ formâ agit nam litẽ maximam)
Calcaria addidit amor, locus & occasio.
Amice agendum est cum adoleſcente & leniter
Voluntas virginis adfuit, & humaniter
Fecit, persuadebo hominem, ut accedat ad me
Et ducat uxorem, novi tractabile
Hominis ingenium, per servum accersi jube.
EVP. Dromo, accerse Acolastum, ut mox veniat huc roga.

ACTVS IV. SCENARII.

ACOLASTVS,

Scazontes.

QVam nunquam, Dii immortales, secundæ res

In

In amore perveniunt ad exitum lætum,
Gravis quin luctus hunc sequatur à tergo.
Meo malo nunc etiam intelligo, demens
Amor cur captus lumine, & puer cur sit.
Nam sæpe prudentissimos facit cæcos
Et tanquam pueros nil sapere, quod expertus
Meo malo jam sum, periculis qui me
Tot objeci, cæcus & infans, nihil cernens
Futurum, & qui finis amorẽ hunc sequi posset,
Atque Adeo, tot lubens angustiis memet
Involui, ut inde me expedire non possim.
Compressi virginem, quæ nunc gerit fœtum:
Fidem dedi, me ducturum domum, dixi.
quæ res me sic excruciat, ut nihil supra.
Huc illuc impellor, tanquam in mari navis,
Procellosi quando ineunt prælium venti.
Vt nesciam miser, quid me futurum sit,
Ducam vero? pater obstat, qui modis miris
Me tractabit, quid dicet, num puellas ut
Vitiares huc te misi? an ut bonas artes
Perdisceres, probatis moribus vitam
informares? an non hæc antea prædixi?
quando vides Philomathen sic inhærere
Amori? qui quoque monere debebat
Vt non tam turpiter substantiam nostram
Sine tuorum studiorum perderes fructu.
Penitus ignoro quid respondeam patri.
Non dicam? pietas, æquitas, amor, leges,
Fides, religio, Deleasthisæ agunt caussam,
Atq; adeo invitũ me impellunt, trahunt, cogũt
Minantes pœnam si non duxero, ut fas est.

Quibus

quibus si advorsarer, vel si reluctarer,
Essem dignus cui tellus hiscceret vivo,
Et velut Amphiaraum absorberet Argivum.
quid nunc restat, nisi ut de monte præcelso
Me præcipitem, aut latebras animæ ense perquiram.
Tam me circumvallant angustiæ multæ
Mori ut malim potius, quam sic frui vita.
Sed hanc, dũ vivus fuero à me abstrahet nullus
Quæ mihi suum misera concredidit corpus.
Non deseram, decrevi, sed domum ducam.
quare ad patrem me conferam puellæ, quæ
Veretur ut sim ducturus, & ut expurgem
Me, ipsáq; flẽsjam dudũ meã fidem implorat.

ACTVS IV. SCENA II.

EUPROSITUS, ELEUTHERJA, ACOLASTUS.

Octonarii.

QVa fronte, quo ore absentibus nobis ausus, carnufex
Domum nostram contemerare, & notam famosam inurere?
Vix me contineo, quin tibi mox manibus in crines involem,
Et discerpam Threiciæ mulieres ut vatem Oagrium,
qui nunc familiam nostram aspersseris tam turpi infamia.
Vtstas: ubi pudor? ubi verecundia? quid ais heus tu furcifer

ACOL.

ACOL. Audi verbum unum, peccavi, fateor, veniam ſup plex peto.
EVP. Veniam, qui facinus Phalaridis tanto dignum commiſeris.
Num me ludibrio habes? ACOL. Non veniam cupio ut vellem avertere
A me culpam, ſed ut furibundam iſthanc iram compeſceres.
Factum quod eſt infectum reddi non poteſt, ad optimam
Quin potius partem confer, forma, ætas, amor ad id me impulit.
Amor quid poſſit noſti, cujus non ſupremus Iupiter
Potuit vel tela vel faces à ſe ardentes avertere.
Age dehoneſtavi puellam, maximis honorib.
Eandem afficiam, in uxorem ducam, quod fiat auſpice.
Deo precor, ab hac, dum vivam, me nemo niſi mors abſtrahet.
Hanc mihi ſelegi præter cæteras, cum qua ętatem exigam.
Quapropter deſine ſuccenſere, amorem & ętatem vides
Amborum EVP. Si non feceris, cogam te jure & legibus.
EL. Hanc, mi fili, ut ſcis, unicam tantummodo habemus filiam,
Solatium ſenectutis noſtræ cujus tu floſculum
Decerpſiſti, quam ſi non duxeris, mox vitæ terminum.

Pones

Pones: quare per hoc caput te obtestor, ne nos
deseras.
Habebis dotem amplissimam, & dum vivam,
omnia plena manu
Ad vitã suggeram, misereat te senectutis meæ
ACO. Ne lachruma, dum spiritus alit hanc
animam, nunquam vos deseram.
Et citius cœlũ flores, aut tellus producet syde-
ra,
Quam vel casus acerbus, vel grave aliquod in-
fortunium
Deleasthisam eripiat mihi, & ab ea me vivum
segreget.
Sed conferam me nunc domum, idoneum sum
nactus nuncium,
Per literas hac de re certiorem facturus patrẽ.

ACTVS IV. SCENA IV.

DANISTA. ISGEESTUS,

Trochaici, Tetrametri Catalecti.

ISgeesto demẽs nuper credidi vicẽos áureos,
Et jam constitutus effluxit solvẽdi terminus
Quapropter fugitat meum conspectum, nec
mihi obviam,
Quod sensi, venit. Sed mox me viso in aliam
conjicit
Sese plateam, quare si mihi nunc daretur obviã
Compellarẽ. Nam mala nomina sæpe cõpel-
landa sunt. (ribus
Hisce sunt homines nostra ætate exornati mo-
Vt, nisi quod tuum est repetas, non sponte sua
tibi redderent.

Vel

Vel si quis quid reddit, magna est huic agenda gratia.
Adeo ut ipsa fides irata hinc ad Deos secesserit
Et perfidia emissa ex inferno cunctos invaserit
Eccum quem quæro, sequar mox à tergo, ne se occulat
Aliorsum, me viso, heus bone vir, quando reddes debitum;
IS. Debitum? quid? DA. Debitum. IS. quantum? DA. Vicenos aureos,
IS. quando mutuo dedisti? DA. Nescis? ah homo impudens.
Denos tibi dedi, quos perdidisti nuper aleâ.
Octiduo post iterum denos, quos dederas meretriculæ
Et chirurgo, quod curasset vulnus in convivio
Acceptũ, ficticq; quo te tũc meretrix donaverat
Cum tecũ cubaret, ad minimum integros mẽses duos.
ISG. Non abest multum, quin hoc in luto te provoluerem
quod me cSpellare audes effr Ss in publica via
Nonne dixi tibi, me nuncium misisse in patriã?
qui quam primum venerit, æs alienum persolvam tibi.
DAN. quo te proripis? ô effrenatam hominis impudentiam.
Tu facies ut nulli crediturus sim pecuniam.
ISG. quid nunc comminisar? aut quam nunc intendam fabricam, (solvam debitum.
Vt patrem argento emũgam, atq; huic ut per-

Dicam

Dicam me dimidium pene annum correptum lurida.
Febre laborasse, & ita tantam consumpsisse pecuniam.
Si pater rem cum scortis habere me resciscere
Ludere, potare dies & noctes, ferret gravissime

ACTVS IV. SCENA V.

EUBULUS, PHILOSTORGVS, *Septenarii*:

PHilostorgum exoptarem nunc mihi dari obviam.
Sed ipse exit foras, conveniam & quæram quo velit.
PHI. Te quærebam salve. EVB. Et ego te. PHI. Cur frontem contrahis?
EVB. A filio allatæ mihi sunt literæ, in quibus
Scribit se Euprositi cujusdam vitiasse filiam,
Atq; ab eodē cogi, ut ducat in uxorem, legibus
Quę res animum meum adeo excruciat, potius ut mori (mine.
Malim quam vivere. Vtinā mors in primoli-
vitæ extinxisset te, ne mihi caussa dolorū fores
Acolaste Acolaste, quam sæpe monui fideliter
Ne perditis adhæreres pessime consortiis,
Neve sineres blanditiis te capi muliebribus,
Id quod timebam non sine dolore meo cōtigit
Quam inique est comparatum, ut hi, quibus sunt filii,
Obtemperantes & morigeri, his permittant nihil
Et largiantur quoque pecuniam parcissime.

Nos

Nos vero, qui quodcunque illis lubet concedimus
Plerũque habeamus filios quam perditissimos
Nunc demum sentio, pecuniam & licentiam
Esse adolescentulorum corruptelam maximã
Sed utinam aut filius aut ego è vivis excederẽ,
Ne nebulonem viderem post hac impurissimũ
Verũ, si mihi dabitur in conspectũ, pessũdabo.
Nihil ne de tuo novi audivisti filio? (diu
PH. Nihil, nisi quod scribit febre laborasse se
Vicenos aureos petens, sibi ut transmitterem,
Vtpote, quos curãdo morbo hoc illic insũpse-
Non igitur filium sines uxorem ducere? (rit
EVB. Non hercle faciam, quin meis manibus occiderem
Potius, quam ut hoc homini impurissimo permitterem.
PHI. Quid ergo facies? EVB. quid? rogas?
cras quando illuxerit (teneas?
Dies, iter ingrediar, ut adipsum proficiscar
Tu, si voles poteris una mecũ. P. recte mones.
Abi domũ, & quæ sunt necessaria ad iter, para.

CHORUS QUARTUS.

Pejus haud quicquam muliere vivit.
Nam venenoso vomit ore flammam,
Et quibus fallat juvenes tenellos
Retia ponit,
Spirat emittens velut Ætna flammam,
Perdat ut stultos miserosque amantes,
Hanc, precor, pestem fuge qui novena
Numina quæris.

ACTVS V. SCENA I.

ACOLASTVS.

Trimetri.

POstquam delusus esset ab Ate Iuppiter
Hanc crinibus arreptam deturbat cælitus,
Nec unquam divorum fruitur commercio.
Verum homines intergraditur veloci pede,
Calamitates, & cædes miscens maximas.
Eadem mihi nunc mille rixas seminat.
Hic virginis pater, ex parte altera meus,
Minantur mihi Geticis extrema affectibus,
Alter si non, alter vero si duxero.
Omnia sunt plena, quo me verto, angustiis.
Tot me circumvallant miserum molestiæ,
Vt nisi me Deus eripiat è tantis malis,
Ad extremam infœlix redigar insaniam.
Audio patrem adveniſſe, hic mihi sunt jurgia
Parata, quibus, hei mihi, jam tractabor modis.
Sed ad Litas Iovis me vertam filias.
Quæ tardis & lentis sequuntur passibus:
His supplex ero, verbaque dicam precantia,
Vt me velint eripere. è tantis cladibus,
Infælici qui cœpi amare sydere.
Litæ, Litæ, servate miserum vestra ope. (tens.
Ad vos venio consilium auxiliumque expe-
Approperate citis gressibus. Si vos mihi
Auxilium denegatis pereo funditus.
Si sciſſem ex hac re tot lites, tot jurgia
Mihi futura, nunquam patrassem miser.
Beatus ille, qui procul ab his vinculis,

Sedulo

Sedulo vacare poteſt ingenuis artibus.
O ſi reverti elapſa poſſent tempora,
Nunquam me tot curis incautum involverem.
Recte dictum eſt, damnoſas eſſe fœminas
Bonas malaſque. Nam quantumvis caſtitatis
Laudetur Penelopes, tamen procis fuit
Exitii cauſſa, quos Vlyſſes ſuſtulit.
Et Aſiæ toti dedit exitium Tyndaris,
Sic mea Deleaſthiſa mihi peperit maximas
Rixas, ſed ad patrem meum me conferam,
Vt audiam num hac de cauſſa ſuccenſeat.
Mens hercle præſagit mihi infortunium.
Sed ni fallor, video patrem, huc accedere.

ACTVS V. SCENA II.

EUPROSITUS, ELEUTHERIA.

Trochaici, Catalectici. Tetrametri

AVdin' uxor, num fuit hodie hic Acolaſtus
ELE. Non arbitror.
EVP. Illud timeo, ne effugiat, neve aliorſum ſe conferat. (procraſtinat,
Quam ſuſpicionem parit mihi, quod ſemper
Et quod rarius nunc huc adventat ſolito. EL. ne time.
Ingenuus adoleſcens eſt, non faciet, concepi bonam
Spem, ſed fortaſſe ad cœnam veniet. EVP. Igitur cœnam para.
Ego pauliſper in forum prodibo, num quid ſit novi,
Auditurus, cujus noſtra ſecula ſunt pleniſſima.

ACTVS V. SCENA III.

EUBULUS, ACOLASTUS, PHILOSTORGVS.

Tetrametri, Jambici, Catalectici

EHo bone vir, hodie faciam ut ſcias quanti pater ſit
Faciendus, non impune feres quod vitiaſti puellam, (ſceleſte.
Et eandem me invito vis ducere in uxorem
ACO. Pater da veniam, quæſo pater. PHI. non te dignum facis. EVB. quid?
PHI. Occides filium? EVC. morietur. PHI. ah ſævire noli.
ACO. Hoc eſt eſſe patrem? EVB. atque hoc eſt eſſe filium? ACO. Miſer ſum.
PHI. Eubule, non hercle ſinam ut facias me præſente cædem.
Cedo, num tu tam facile potes animum exuere paternum?
EV. Non exuerem patris animum, perfricta fronte quod me.
Patrem non agnoſcit, cujus dictis merito obſecundet.
Scis quo pacto ab ineunte ætate mihi contrariatus,
Et tergiverſatus ſit, qui me invito patre ducet
In uxorem iſtam meretricem, non ſine dedecore ſummo,
Cum non obſervet ſtipes quante inſidiæ ſibi ſtruantur.

Qua

Quæ nemini obtrudi possunt, inescant sic amantes
Vt quas vitia verint in uxores ducant easdem.
Ante aliquot annos si duxisses uxorẽ, vir esses.
Vide ut stet, quam nullum edat ingenui signum pudoris. (possit
Age, accerse Euprositum videbimus quo jure
Tibi nubere, sui ipsius prodiga cum sit pudoris
Vel potu vel cibo porrexit huic meretrix amorem,
Adeo est submersus in amore, ut non abstrahi inde possit.
PHI. Humanius age, vix enim ut non ducat obtinebis.
EVB. Aspera verba nihil si proficiunt, quid lenia moverent? (nire.
Sed nisi fallunt oculi, procul video istos adve-

ACTVS V. SCENA IV.

EUPROSITUS, ACOLASTUS, EUBULUS, PHILOSTORGUS.

Senarii, Septenarii, & Octonarii.

ITan' dicis te tam impotenti esse à patre
Animo tractatum, & nolle ut ducas filiam
Meam, quam vitute, ut nosti compresseris
ACR. Sic est, & si non adfuisset Isgeestus
Pater Philostorgus, 'necasset me, satis,
Crudeliter paterni oblitus muneris.
Sed exspectant nos, accedamus ocius.
EVP. Est ne ille tuus pater, qui dexterã tenet?
IS. Ille est, promissam barbã qui mulcet manu,
Qui cogitabundus declinat in terram caput.

EVP. Accedam & alloquar, Salvete plurimũ.
PHI. Habemus gratias. EVBV. Age bone
vir, tu coges filium (busve legibus?
Meum, ut ducat gnatam tuam? quo jure? qui-
EVP. Hujus regionis, namque apud nos
cautum est si quis virginem (nam luat
Vitiaverit, ducat eandem, aut capite pœ-
Quare si non vult, ego procedã jure & legibus.
EVB. Egregiam legem, quæ feneſtram pa-
tefacit libidini.
Nam si quis habuerit domi maturas filias,
Ita ut nemini eaſdem poterit obtrudere,
Hac ratione in naſſam pelliceret adoleſcẽtulos
Rerum imperitos, ut vitiatas ducerent, (ne,
Atque ſub honeſto poſſet lenonẽ agere nomi-
Er peregre proficiſci, ut major ſit his occaſio.
Quin virgines ſunt vigili adſervandæ cuſtodia,
Arcendæ à juvenum crebra conſuetudine.
EVP. Durã profecto mihi demãdas provinciã
Si quidem mallem ſuum cuſtos eſſe potius,
quam virginem.
Hanc cuſtodire, ſui quæ cuſtos eſſe non poteſt.
EVT. Veterator. EVP. hẽ quid dicis? EVB.
dicebam gnatum meum
Tuam non ducturum eſſe filiam. EVP. quibus
rationibus (non exceſſerit
EVB. Nam filius viceſimum quintum cum
Annũ, ſui juris nõ eſt, nec quicquã ſine parẽti-
Suſcipere audet, ne minimum, non dicam (bus
quod matrimonium
Contrahere poſſit invitis parentibus.
Quare tuam gnaro meo locare filiam Non

Non poteris, nec debes, cum mihi subjectus
sit adhuc filius.
EVPR. Sit tibi subjectus adhuc: mihi mox
per legem erit,
Quæ coget gnatum aut ad mortem aut ad
matrimonium.
EVB. Itane? EVPR. Videbis quid fiet. te
saltem pessime
Bipedum. EVB. quid? nisi contineas os, silētiū
Ab hoc pugno impetrabo. PHIL. Eubule, si-
nas me tibi loqui.
Iracundior es: animum ferventem rege.
Audi virgo vitiata est: remedio
Malum hoc indiget: & præsertim in culpa
Acolastus est. (est.
Quamquam Deleasthisa haud plane immunis
Debuit uterque egisse res paulo prudentius:
Et ille & illa peccavit; sed & sexus imbecillior
Minori crimine delinquit: quia suos
Vix regit affectus: notumque est, Iuvenum li-
bidinem
Insidiari puellarum teneritudini.
Qui sciētes quod se facile dedūt amorivirgines
Consortiis illarum intersunt frequenter, & ibi
Facile credulis imponunt facile.
Primo per verba struunt ad stuprum viam.
Excogitantur nomina quibus puellas vocant:
Tum sunt in usu diminutiva. audiunt nihil
Puellulæ, nisi meum oviculum, mea anima,
Animula mea, Blādula mea, vita mea, lux, cor-
culum meum.

Post hæc extra urbē invitantur: ad id cimbulā
Paratam habent aut currus in itinere (rei
Hospitium intratur: caupo forte haud ignarus
Illis locum parat in solitario cubiculo.
Vina afferuntur, sanitatique dicantur scyphi
Præsentis Matronæ. dein liberiores mero
Et osculationibus & prellionibus
Labiorum & papillarum, & ventris stimulant
Libidinem. Quid tum? si succumbunt veneris
æstui.
(Videas mirum spectaculum) succumbunt si-
mul Iuvenibus.
Nec nisi lassæ surgunt. sed fortiores resistere
Queunt libidini. Differtur in tempus aliud.
Ita agunt cum honestiori genitis puellis loco.
At cum sunt ancillæ, delinitæ primū donariis
Absente hospite stuprantur, cum sternunt so-
Quod nuper vicino Amoræo contigit. (cum.
Vt & obstetricis cujusdam filiæ.
EVB. Narras fortasse vera: sed non credo filiū
meum,
De stupro illam interpellasse. Videtur quippe
omnibus (operam
Verisimilius, manibus pedibusque dedisse,
Deleasthisam, ut in suum amorem Acolastum
traheret.
Acolaste num ita sese res nō habet? ACOLA.
Eheu Pater. (nes.
Ætnam in pectore seu siet Veneres & cupidi-
EVD. Hoc non rogo; rogo ejus sit commissa
fornicatio

Culpa,

Culpa, tuane, ã illius? ACOL. & illius & mea.
PHI. Vides, ingenue confitetur quid supereſt amplius?
Niſi ut in uxorem ducat corruptã crimine ſuo.
Nam plectet nolentem lex aut in nuptias
Debebis conſentire: de duobus his nunc elige.
ACO. remitte delictum, pater, & me ſerva à ſupplicio. (abſtuli.
Da Deleaſthiſam in uxorem: ejus pudorem
PHI. Concede: quandoquidem ſic poſtulat neceſſitas. (cum ea.
EVB. Eat, habeat, aſſumat ſibi, valeat, vivat
PHI. Sed debet nuptiis dici dies. EVB. dicat diem (furor
Pro lubitu, nihil ad me: abeo. PHI. conſenſit:
Iſte quidem dæſeviet: at leni animum patiis quantum potes.
Vade Euproſite, tam fauſta nuncia Deleaſthiſę
Et quæ ad rẽ maxime neceſſaria ſunt præpara.

ACTVS V. SCENA V.

ISGEESTUS, DANISTA.

Scazontes, & Septenarii

RIdete mecum, belle rem meam geſſi
A nuptiis reverſus ebrius Acolaſti,
Hoſpitium adii: ut cereviſiaro potu
Me implerem; nam merum non deſiderabam:
Quod hauſtum avidius cum ferculis cœnæ
Revomui prope Veſtalium pontem.
Tabernam ingreſſus, quam frequentius calco;
Quam templum, ſociis me meis ſtatim adjũgo;
Hi credentes me ſobrium (licet tantum

Hoc ſeſquianno ter contiigit) in Cloes.
Domine ſalutem bene plenum ſcyphum libãt
Ego, ne viderer iis deeſſe, reſpondi.
Inebriatus inde vomui rurſus,
Et eſculenta tot fruſta ſtomacho ejeci,
Vr crederes me gallos, perdices totas,
Placentas & laridum paneſque carneſque
Analectaque voraſſe, ſimul impetu quodam
Gutture ſe effundebãt ſalgama, merum, mulsũ
Silentio ſunt involvenda quæ narro.
Pergam. poſt hos vomitus alacrior paulo,
Facinus feci poſteris relinquendum.
Furatus nempe anates ſum: dum petit cellam
Vt potum promat hoſpes. Inde projeci
Foras me, & aliud hoſpitium fui ingreſſus:
Sed indiciis meis me prodidi ſorex:
Narrarem plura: niſi, quid nuptiis hiſce
Sit intus factum, ſcire magis amaretis.
Placatus Eubulus ipſe ad nuptias venit.
Is duxerat ſimul ſecum meum Patrem,
Vt intereſſet nuptiis futuris. Quæ
Futuræ eſſent miſero ſeni ultimæ; quippe
(Dum fiſtulis, cantu, citharis ſtrepunt menſæ)
Heu repente in deliquium incidit mentis.
Vbi ad ſe rediit paulum, prodiit ſudor
Vehemens è poris, poſt illa gravior morbus
Affixit illum: nam dejectione alvi
Cruenta totus admodum, jubet ſeſe
Deferri in lectulum, medicus vocatus mox
Pleuritidem eſſe judicavit, ægroque
Benedictum carduum & Theriaca præſcripſit,

Vt & apiũ, ſyrupumque, herbamque muralem
Sed ingraveſcente dolore, ubi necem ſenſit
Adeſſe, jubet vocarier meam matrem.
Vt, eheu! antequam concederet fatis
Ante torum matrem duceret in uxorem:
Nam concubina fuerat hactenus, conjux
Non fuerat, & nunc ego legiti ma proles ſum;
Io luctus, Io dolores! jam alligabo me
Gladio, ut horreat, qui me videt tantum,
Quamquam brevi ſtatura ſum: frequenterque
Mutabo veſtimentum, ne ambigant cives
De opibus luculentis ſatis relictis à
Patre, præterea (nam indulgere genio ſemper
Propoſui) ſive vocatus ſive non, abſque
Tamen famæ imminutione, conviva
Sympoſia largientum ero. rogas forſan
Quo pacto ſtrenuus eſſem myſta Bacchi: dum
Vix ſine diſpendio pecuniæ grandi
Hæc ſacra conſtant. belgici dabunt verſus,
Quod matris arca non dat. igitur primum
Ab hodiernis commodabo Poëtis
Verborum floſculos, & quod in uſu non
Eſt, aut antiquatum, ſic, ut niſi Catti
Ab hinc bis millenos intelligant annos,
Et præter hos nullus: deinde quæcunque
Vocabula ſequi pedalia ſunt, utar,
Vbi vel nuptiæ deſiderant carmen,
Vel diſputationes, vel rogi leſſus.
Sed ab epithalamiis abhorreo paulum:
Quia nuper illis obtinui nihil. quippe
Poëtari me omnes propter ſcyphos noſtis.

Multum autem ex disputationibus lucri
Percipio, & semper succedit mihi pulchre.
Semel vero (quod doleo, non vocatus sum.
Ad compotationes: ordini quamvis
Doctorum insertum ceciniſſem, Bataviſque
Camænis tranſcripſiſſem ſæculis quendam.
Id adeo movit mihi bilem, ſim ut invectus
Satyrico carmine in titulos honoreſque
Datos eruditioni, Academiæ juſto
Conſenſu:; at mihi malum cacaveram turdus;
Nam poſt ingentis pœnitentiæ ſigña
Et deprecationes hoc mihi crimen
Impune fuit tantum, cenſoria virga
Profeſſorum ſic correctus: ut ea in mentem
Haud facile iterum venient. ego huc uſque
Me quaſi Meronen, Biberiumque deſcripſi,
Et certe glorior me liberi ſacris
Initiatum myſtam: nam quod decus majus
Quam eſſe ebrioſum. iſto ſuperbio totus
Titulo, ſi quis ſtudioſum me vocat juris,
plagiariũ me vocat, idẽ enim eſt, ubi haud addit
Titulum ebrioſi, ita toti notus orbi ſum,
Viriſque, fœminiſque, at fœminis raro
Exemplo: referam cauſam. Habitavit illuſtris
Puella & opibus & arte pingendi
Et docta modos dulces vicinia in noſtra.
Hanc forte totus inebriatus acceſſi,
Vt ad ſcenicos mecum adducerem ludos.
Conſenſerat, illa cum cubiculum ſeſe
In aliud confert, ſibi ut aptaret ornatum.
Ego interea vomui non parum, ſic ut

Totum

Totum conclave fœdarem, ſed (en luſum)
Ne animadverteret hæc pallio inverſo
Tacite purgavi, conſpurcaverat quicquid
Liquor odoriferus ſuaviſq; ſtomacho ejectus.
Tum crederes ſpirare pallium, tinctum
Meo vomitu amomum, thus quæque longinquis
Panchaïa mittit oris, at gravis forte
Sum garrulitate mea nimia omnibus vobis:
Garrulum enim me eſſe ſcio, ſum etiam ſecunda hora
Inſtat noctis, domum tendam: licet ſpiſſæ
Tenebræ ſint: ibo, ibo, licet viam ignorem
Propter temulentiam, cantuque nocturni
Itineris devorabo moleſtias omnes.
Imple, Silene, cantharum,
V makker waght een dronk.
Quamvis vacillem ebrius,
V Eſel is nogh jonk:
Qui poteſt vino madidum,
En dan wat ſwak ter been.
Per angiportus varios
Vry ſaghtjes voeren heen.
Et, tu puer bis genite,
Ik ſuyp met u om ſtriit,
Si licet modo vomere;
Ghy bent het verre quijt,
Etſi juvarent Mænades,
Wanneer ghy komt te kort
Et biberent hoc Satyri
Dat uyt u bakhuys ſtort,

Qui ſtomacho ſit condere
Drie vaenen in een uur,
Quid calfacit in hyeme
Sijn kannen by het vuur?
Js demum eſt mirabilis.
En ſoo ben ik een geeſt;
Sed muta tantum literam,
Ik word een dronke beeſt.
Eſt grande hoc elogium.
Hy magh gaen voor een man.
Jd dicent ipſi ſobrii
Van die ſoo tullen kan.
Tum dubitabunt medici,
Of niet in ſoo een buyk:
Tot ſeſe addunt pocula,
Als viſſen in een fuyk.
Nec valet arithmeticus,
Al viel hy op ſin knie,
Hæc ſupputare numeris,
Of door de regel drie.
Quis vidit unquam chymicum,
Die ſo ras diſtileert?
Quod potus eſt fit lotium,
Eer jemant ſigh omkeert.

Aperi actutum oſtium. DAN. Ho, ho! quis tam graviter pulſat fores? ISG. Ego DAN. quis ego? nullus intromittitur, ob neminem Surgo èlecto. ISG. Miſer, vocem an tu non noſti meam? Sum Iſgeeſtus. DAN. tune proba anima? exſpecta, accendam facem. Quid

Quid huc venis tam ſero? ISG. Vix loquor ita
ſum ebrius.
Pecuniã accipe tantũ, quam patri dum viveret
Emunxi abeo, dabitur crax colloquendi occa-
ſio.
DAN. Vereor, vereor ne in aliquod incur-
rat periculum.
ISG. Profecto male mihi conſului, quod non
manſerim
Apud Daniſtam. redeam? non non, pręſtola-
bitur,
Ancilla me, fraterque & mater erit anxia.
Igitur ibo, ire vel ſi nequeam, repam nunc do-
mum.
Oſi jam bajulus exciperet cadentem vehiculo,
Vt nuper! cum etiam officium nec pes nec fa-
ceret manus.
Eo, valete & plaudite, eo fata quo trahunt.

FINIS.

DE LVSTITVDINE STUDENTICA.

HA, viva fratres, viva precor este coraſſi,
Nam vos ex animo lætor adesse meo.
Este Coraſſi hodie, mihi miſſa pecunia præſens
Triſtitiamque tulit, lætitiamque dedit.
Et ſi non eſſet mihi miſſa pecunia, quid tum
Poſſem hodie nihilo lætior eſſe minus?
Craſtina nõ lux eſt mihi curę dũ modo Sluckop
In bona cum Biero det mihi vina fidem.
Ha falala falala Spelmanni Brumite in unum,
Et muſicæ ſpecimen promite dulciſonæ.
Vos famuli Kannis Bacchum demergite treſſis
Et date Rhenano pocula plena mero.
In glaſis etiam longis cerevilia ſpumet,
Servet & alternas potio juſta vices.
Me largũ hoſpitibus cupio & prębere benignũ
Abjectum parcus poſſidet ingenium.
Vos pueri craſſum, primum Biera indite in Humpum.
Hoc fundamento eſt ædificanda domus.
Singulus hunc hoſpes quamprimum ut ſupere debet
Hæc eſt Muſæi regula priſca mei,
Ha falala falala Spelmanni ſtrukite gigis
Et mellite tua Concine voce puer.
Wel kõmi quoniã nunc eſtis, quotquot adeſtis
Vos omnes trewo dreckite corde rogo.
Et qui cum venia venit, precibuſq; rogatus
Cum venia cupio cedat & ille mea.

Hunc

Hunc Humpũ dominus capat velit esse corassi
Nos decet hunc hilari perdere fronte diem
Interea reliqui circumbibite ordine donec
(Non faciet longũ) hic Humpua inanis erit.
Ha! falala falala Spelmanni Klingite lutis
Et mellite tua concine voce puer.
Munser Erice? bibat dominus, bibe Munser Adame
Et munser vultum porrige Iane tuum.
Ecce puer vacuum cur cessas sumere vitrum?
Annon quod nobis fundere possis, habes?
Regis ad Exemplum totus componitur orbis,
Aspicite exhausi, vos facietis idem.
Hoc puer unusquisq; mihi bibet ordine vitrũ,
Vt peragat juste quilibet ergo vide.
Ha falala falala Spelmanni pipite sinkis
Et mellite tua concine voce puer.
Munser Harusce quod est? non sic, non Munser Harusce.
Et tu sumpsisti perfide? redde puer.
Redde inquam vitrum, nisi se cervice supinet,
Iam fiet cervix ista supina tibi.
Quis bibit ulterius? quid id est mi cãdide Soski
Pocula cur toties concumulata tenes?
Aut nihil est intus? nihil est, proh jupiter, heus
Quid facies Domino disce bibente tuo.
Heus puer? hem klisk klask capis hoc, viden improbe multa
Orba super mensam pocula stare mero.
Quin capis atq; imples atq; ista impleta repones
Aut implebo meis hæc tibi terga flagris.

Functus

Functus es officio? nunc ſnorcũ ſupite fratres
Skelm der ſalfa bibit, fur ſit & ille latro,
Ha falala falala Spelmanni Brumite Fidiis.
Et mellite tua concine voce puer.
Non ſatis eſſe reor vitrorum, ſumite plura
Ne deſint famuli edico cavete mei.
Nec nummis cupio nec parci ſumptibus ullis
Dummodo procedant omnia magnifice.
Non habetis nũmmos qui nummis neſciat uti
Turpis avarus homo eſt, vilis avarus homo eſt
Sed vos qui reliqui remanetis ponite menſam,
Et trina ad ſummum fundite pocla labrum.
Ne putet exemptum ſe quiſquam legibus, oro
Principis eſt nobis magna bibenda ſalus,
Principe-piſſæ etiã documentũ præbeat ipſe
Hoſpes, ut hoſpitibus primus ego incipiam.
Alternate tubis Spelmanni, trumpite trumpũ
Tant tari tant tari tant tari tant tari tant:
Principis uxorem exhauſi cũ principe noſtro,
Vos, quantum uidi, rite bibiſtis item,
Nũc proceres noſtri ſic poſtulat ordo, bibãtur
Quiſquis & eſt patriæ fidus amanſque ſuæ.
Tan tari tant tari tant, Splelmanni clangite
trumpnm,
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Publica ſit ſatis eſt potaſſe in commoda, nũc ad
Privata ô Socii veſtra venite mei
Et Bacchi, charis pro ſumite fratribus hauſtus.
Et pro dilectis ſumite virginibus
Cũ primis potet pulchram ſibi quiſque puellã
Et ſuus ad fundum devacuetur amor

Ha vita

Ha viva virtute nova sic itur ad astra,
Ha falala falala ha falala falala.
Ha falala falala Spelmanni pustite trumpum
Tant tari taut tari, tant tari tant tari tant.
* Porge puer cyathos. Mihi de domino bona semper
quandoquidem fuerint multa relata meo,
Illius optavi mihi consuetudinis usum,
Esse inter Socios pars quotacunque suos:
* *Fraternitas.*
Et nunc percupide vellem, nisi forte gravetur,
Institui fidam fratris amicitiam.
Si dominus fratrem si non contemnat amicum
Hæc ipsi in signum pocula trina bibam,
Dum facio egregium Spelmanni upblasite trumpum
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant
Funditus ista vides me juste pocla bibisse,
Et quali cupio te vacuare modo.
Hic jam frater habes à me tria pucula vini,
Optime cum dextra fraterhabeque fidem.
Resp. Hoc me quandoquidem Dominus dignatur honore,
Muneris æternus debitor hujus ero:
Spondeo me fidum, qualemque optesque velisque
Non Pyladæ & nostrum vincet Orestis amor.
Quę cupies, cupiã quęque abnuis ipse negabo,
Hæc testes sunto pocula trina: Salus.
Vt decet ære cavo Spelmanni emittite trũpũ,
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.

Trina

Trina tibi juſte ſiccavi pocula frater,
Aſpicis! huc iterum congere vina puer,
Reſtituo tibi nunc, quæ porxti pocula frater,
Promitto antiquam Teutonicamque fidem
Nunc vicine tibi quoniam conſedimus ambo,
Tu Gurgiſta meri Philoque ſupus ego.
Et ſorbere pares & reſpondere parati,
Si non diſpliceant, hæc tibi ſorte bibam.
R. Cur mihi diſpliceant? etenim non alter ad
Aptior hic auris veſcitur æthereis: (iſtud
Pergito ſi qua potes ſum poclum in utrumque paratus
Hauſtu ſive uno ut tragere ſive decem.
Er ſegt das Glaſlein an ſein Mund, Nun dari nella,
Nun dari da dari da, rund dari da dari da.
Sein Sachen all hat er aueh recht auſdari Nund nelle, (dari
Nund dari da dari da, Nund dari da dari da.
Iſta propinavi Munſer tibi proxime *du muſt*
Atque *beſcheiden Thun. Nun dari da dari da.*
Sic hauſi ut manent & lachrymæ per tempora multæ
Non eſt quod dubites de probitate mea,
Tergum obverte mihi, obvertam frater tibi tergum,
Fidus ero, fueris ſeu prope ſiue procul.
Quam pulchrum unanimes fratres habitemus in unum,
quam bona ſunt firmæ fœdera amicitiæ.
Nunc ſi præterea mihi copia virginis eſſet,
Perfectum plenis luſtibus eſſet opus.

Nec

Nec procul hinc habitat Sartoris nata, venitq;
Mittere quem possem si quis adesset homo,
Tu puer ire potes, dic Lustificare volenti,
Sed sic, ne causam, fare, rescisçat anus:
Stella venire volet *Veneris* fortassis & una
Hoc potes & *Primæ* dicere *materiæ*.
Ne cessa & quod venturam Cluntia dicat,
Fallor & anne ipsa est? inque vocata venit?
Ha faler an faler an Spelmanni gnitide gigis.
Et mellite tua concine voce puer.
Sponte-ne virgo venis pro qua nunc mittere visum est,
An alio forsan jussa venire viro.
Quicquid id est nobis nunc certe Cluntia nobis
Exspectata venis & peramata venis.
Quid dixi? nobis? mihi & exspectata venisque
Forsitan & reliquis, sed peramata mihi.
Consideas mecum lateri latus addere fas sit,
Paucaque cum Domina jungere verba mea.
Fusor ubi est? vinumne emendicabimur ergo?
Hoc tibi proque tua virgo salute bibo. (ras
Dij tibi dēt bona multa & qualia munera spe-
Vtpote vel bellum dent tibi bella virum.
Aspicis? Exhausi mea virgo fideliter omne,
Hoc tuus ut facerem tempore fecit amor.
Funde parum puer ut cupide facileque bibatur
Quo bibitur dominæ vita salusque meæ.
Ha falala faiala Spelmanni tangite lutas
Et mellite tua concine voce puer, (cesse est
Quid? mea virgo mihi renuis? tamen ista ne-
Pauca bibas, & quam sunt ea pauca vide!

Aut

Aut si non biberis saltem contínge labella,
O jam jam labris esca futura meis!
Iam liquor invideo tibi: formosissima tene
Ire per angustæ virginis ora licet? (est
Seu prece seu pretio mihi suavia sumere. certũ
Hoc primum certi pignus amoris habe.
Respuis? Oh, nihil es rapiã tamen ista videbis,
Hoc cape & hoc super hoc desuper hoc super hoc.
Virgo. Me miserã nõ est sub sole rapacior ullus
Vis his Smusosis sit mihi magna locis,
Quod si præscissem tam prõpta venire negassẽ
Et melius famę parcere sic poteram.
Quin potius saltet Dominus, saltare præopto,
Aut lepidos casto fabricet ore jocos.
R. Et fabricare jocos possũ & saltare, priusquã
Id faciam, hoc cyatho te volo pauca soror.
Cumque soror dixi, capis hęc interprete nullo
Scilicet ut biberis, sis soror inde mea.
Accipe nunc cyathũ, quique est tuus ante, animumque
Sis soror atque animum fida repende tuum.
Meque voca fratrem fidenter meque tuissa.
Teque tuissabo frater eroque tuus
Respondes mea: sic quod te deceatq; juvetque
Nunc saltare placet, nunc mea surge soror,
Ha falala falala Spelmanni spellite dantzum,
Ha falala falala, ha falala falala.
More Palatino bibimus, ne gutta supersit,
Vnde suam posset musca levare sitim
v v - v - v --- v - v v - v -
Falila falila lila, falila lila lila.

V. Me nimium amplexas, nimium premis, abstine tandem
Sedule, & in nullo docte tenere modum.
Excupis abstineã mea lux, mea vita, meũ cor?
Verba precor dicas hostibus ista meis.
Non possũ aut faciã quin hæc animo dare cre-
Te si non cupida. semivolente tamen: (do
Et forsan cupido, Nam me mage lignea nõ es.
Nec lapides unquam tam caro mollis alit.
Improba (quod decuit) nunquam tamen os-
cula promis
Aut media præbes obvia labra via.
Præbe tamen virgo, tãtum semel obvia præbe
Labra precor. Sic, sic, sic, volo, sic jubeo.
Arbiter ecquis adest, qui dulcia Basia jungi
Et videt amplexus? arbiter ecquis adest?
Nil moror, atque adsit videat, simul invideatq;
Interea hoc cape & hoc de super hoc super hoc
Multa quidem vellem, possem quoque dicere
multa,
Deque mihi magno pectoris igne loqui.
Sed non est locus hic, nec tempus forsitã istud
Siverit, ô tecum solus ut esse queam.
Et si confieri fas est, hac nocte rogarem
Cum sola virgo solus ut esse queam.
Sed vos quid facitis Spelmãni upklingite lutis
Et mellite tua concine voce puer.
Iã quid ait mea virgo? aliene? hac nocte rogavi
Et reor hac fieri quod quoque nocte potest.
Ecquid ais soror alma? finis nũc voce gravaris.
quod re, quæso velis id quoque voce dare.

Non,

Non, ais? at nihil esse vides quod amantibus obstet,
In scirpo nodum quæris inepta nimis,
Nescio quid faciam Spelmanni trumpite pusti
Tant tari tant tari tant. Tant tari tant tari tãt,
Ha Bru heis, hirr ha, Bru heis, hirr ha, hasa Bruu heis
Hirr, hasa, hirr, hasa, hirr, hirr, hasa hirr, hasa hirr.
Vpkrikunt multę madefacta in jernia brillæ,
Et vehemens capitis spiritus astra capit,
Ite domum Saturę, venit Hesperus; ite capellę
Vos de dumosa rupe videbo tamen.
Nam tempestivum est, nunc vos subducere Iungfrę,
Si qua quietis amans, si qua pudoris amans.
An placet hos vestras confestim inducere in ę-
Non hoc virgineum sed meretricis erit. (des
Et facitis forsan dum se res fert ita, sed non
Exequar hic vestrum dedecus, ite domum.
Impetus hic donec deferveat inde Lubido
Si tanta est, placidos conciliate viros.
Hirr, hirr, hirr, Bru heis, Bru heis, hirr hirr, hasa Bru heis (hirr
Hirr hasa, hirr, hasa hirr, hirr hasa hirr, hasa
Buu, Buu kirr, kirr, kirr, bru heis, bru heis, hasa bru heis,
Blu, ru, Wu, lru, fru, Blu, ru, Wur lru, fru.
Nunc super est mensam dantzandum & benkia circum.
Poculq de propriis præcipitate locis,

Precipitate

Precipitate libros, quid cũ tibi Bacche Camæ-
Pierides vestris sedibus ite Deæ. (nis
Et vos cum Musis tabulata cadentibus ite
Pulpita sunt dominis adjicienda suis
Quot nobis locus hic fratres obstacula præbet
Vellantur flammo flamma focusque solo.
Vos hinc ad terram lateres descendite vestram
Donabunt facilem vitrea texta viam,
Aptius & sane meliusque jacebitis extra
Estis in angusta præpedimenta domo.
Sed tu cur cessas? quid stas Spellmanni pubes?
Iam decuit lituis constrepuisse cavis.
Tant tari tant tari tant, tari tant tari tant, tarã
tant, tant,
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Sat bibitum est, nihil est totam se fyllere noctẽ,
Et valido bukum rumpere more suum,
Quis valeat toties Humpos ut dragere tantos?
Tot numero potas tot sine fine bekras?
In plateas fratres, in vicos tendite mecum,
Plurima restabunt & peragenda foris,
Ego desilio: quin Vos descenditis? aër
Liber & hic cælum conspiciturque solum.
Nunc ferro dextra, ferro radiate sinistra,
Et micet è saxis ignis ubique cavis,
Immersis totam replere boatibus urbem,
Vox etiam pueri vestra virile sonet.
Hirr hirr, hirr, Bru heis, Bru heis, Bru heis, ha-
sa, Bru heis
Hirr, hasa, hirr, hasa hirr, hirr hasa, hirr, hasa
hirr.

Bru heis, Bru heis hey ha, hirr hey, haſa, hey, ha
Blu, ru Wu, lru, ſru, blu, ru, Wu, lru, ſru.
Vix aliquid poterit noſtris clamoribus addi.
Vel vigilem facerent Endymiona puto.
Miror, cum fuimus clamore & robore tanti.
Quã modo nos vinctos carcer habebat iners
Nunc falila falila Fedliſtæ gigite quiddam
Ha falila falila, ha falila falila.
✝Hic habitat pennalis homo conſiſtite fratres
quid decet ante fores, diſpiciamus, agi.
Nam tacitos dubio procul, indignatur abire;
Contemptumque putat ſe niſi dicta ſalus.
Ne facinus fratres, moneo, committite tantum.
Sunt ſua Cæſaribus, ſunt ſua danda Deo.
Hei, dominus, ne domi eſt? dominus deſcendat ab alto
Et Reve-de molli-rentia veſtra thoro
Digneturque ſuo populares famine, valde
Supplicibus votis id precibuſque rogant
St. ceſſate. tacet. gallinæ filius albæ (adhuc
Dormit adhuc. Dominus quæſo ne dormit
Dormit adhuc dominus: Studioſi edico cavete
Conturbare virum forte dyſypnus erit.
Sed quid, dormit adhuc dominus: grave ſurgere forte eſt.
Quid? ſit per genitrix ubera ſucta roget.
Quid? ſi eadem nato non immulgere negaret.
Aut aliqua ignaro mitteret æra patre.
O lepidam matrem! popularibus oſtia pande,
Pro matris facient vota ſalute tuæ.

✝ *Vexatio Pennalis.*

St. nihil

St. nihil auditur morbo fortaſſe laborat,
Vermibus eroſus illa putris homo.
Nec licet hinc noſtris advertere vocibus aures
Aut dormire facit ſe ſimulatque metu.
Aut non reſpondet, quia nullo nomine dictus
Hei mihi quod memori nomen ab ore fugit
Sed ſi non memini nomen, pro nomine quoſdã
Arbitror titulos me meminiſſe tuos,
Hey Spol Worm, Pennal, Skelm, Dieb, Hunsfott, Perenheiter
Num potes in quarto cõcoquere iſta modo.
Viſne upſtare piger: viſne intromittere geſtas.
Aut ſolt in Copfo kranch habitare tuo.
Nil agimus fratres, fruſtraque precantia verba
Dicimus, hic opus eſt aſperiora demus.
✝ Nningite nũc pueri lapides: effringite fenſtras
Et pluat in lectum ſaxea granda ſuum.
Ha faleran vos Spiel cantetis claſſica-leutæ
Et gravis Sorriſono Buccina marte ſtrepat.
Hey klink, klank, klink klank, patulo ne parcite vitro,
Hey klink, klank, klink, klank, hey klini klank, klini, klank
Arietet in portas cum fuſte valentior omnis
Dimotaſque ſuis ſubruat ordinibus.
Aut ſi non cedant, lacerare repagula tentet,
Et Mars audentes & Dea cæca juvat.
Hey Buu duus, Buu duus, trompettæ claſſica cantent.
Et gravis horriſono Buccina Marte ſtrepat.

✝ *Ædis pennalizatæ expugnatio.*

Tant tari tant tari tant, tari tant, tant tant, tari,
tant tant
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Ha viva fratres, jam vulſi cardine poſtes,
Ha falala falala ha falala falala.
Dicite jo Pæan & jo nunc dicite Pæan,
Difficilis ceſſit præda labore tamen.
Fregimus & portas & vitrum fregimus omne,
Publica virtutis per mala facta via eſt
Per varios caſus per tot diſcrimina rerum
In clauſa Latium vidimus arce Iovem.
En vobis fratres monſtrū? quin peſſime prodis
Lucifuga è latebris vermiculare puer.
Et pernas promis bene ſervatamque crumenā.
Nos laute excipias principiceque decet.
Pro biero libri, pro vino pallia vadant,
Hoc nulla leges religione vetant.
Fulminet è pelvi Doctorum umbraricus ordo
Non ullum noſtræ jus habet ille necis.
Summa poteſtatis nos hinc fortaſſe relegat.
Debemus, quod ſi non fit, abire tamen.
Quid refert vero, cum ſponte recedere tandem
Conſtitui, ſi programmate juſſus eam.
Ha falala falala nobis præſentia curæ,
Craſtina de ſe ſit ſollicitata dies.
Hic bene re geſta nunc deſcendamus amici.
Et colaphum domino pro date nocte bona.
Hē! bona nox hoſpes, grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ *nim dis ſo fur lieb.*
Eſtne aliquis fratres qui ſeſe updufwere contra
Driſtit & in graſſis obvius enſe gradi?

Non

Nõ puto, ſed ſupereſt id ut experiamur, ad unũ
Eſt virtus omnes poſſe bravare ſuper:
Primus ego voces irritamenta vagantum.
Edam, vos reliqui ſtate ſilete: Bru heis,
Fallor & eſt forſan qui contra clamitat ullus
St. Sa bru heis. *Sa bru heis.* Ha falala, *falala.*
Eſt bene præcurram, vos poſt carecta latete,
Hic lepus è Dumis exagitandus erit.
Hey Bruu heis, *Bruu heis*, Skelm, *Skelm*, Dieb,
Dieb, *Perenheuter*,
Hey Perenheuter, hey *hey Perenheuter hi hey.*
Quid bone ais? Sum Scelm? *Sis Skelm.* Sum
Dieb? *& ſis Dieb.*
quid? Perenheuter ero? *Ia*, *Perenheuter eris*
Si ſure es melior, ſi Skelmo, ſique pyrorum
Servatore gradum ſiſte pedemque refer.
Staque fugax ſta ſta *das dich der Henderen hole*,
Fort har fur Skelm Dieb, fert Perenheuter heran
Quid ceſſas? trepidas? en quo ſe proripit? eja
In ventos tumidæ ſic abiere minæ.
Iam nuſquam eſt, abiit, fugit ilicet ocyor Euro
Matura capiti conſuluitque fuga.
Sed vos luſores quid ſic frigetis inertes
Iam nulla eſt vobis ſpellere cura magis?
Pol certe Veſtris niſi vos uplu ditis harpis.
Iã noſtrę ludẽt veſtra per ora manus. (ſtipes
✝ quid? ſatis eſt, inquit? murriſque pigerrime
Hos primum pugnos præmia digna vora.
Ad murum fratres buukoſas ſtoſſite lutas,
Ballettas murus flagere & ipſe poteſt.

✝ *Pulſatio Spelmanorum.*

Ipſe ego gigiſtas cum ſedlis omnibus alte
in pertreccoſo baphitiſabo luto.
Hey fugitis trunci nebulones, tutius iſtud
Fortaſſis multo jam fatiuſque fuit.
Iam ſatis eſt fratres, inſtant confinia lucis
Hanc hilarem noctem ſumpſimus atque diem.

Pulſatio

SPEELMANORVM

Valete, & ſi vobis placuimus

Plaudite.

Tres

Tres ſtudendi modi parum utiles.

NOn bene ſit ſtudium quodcunque ſit ante feneſtram,
Nec valet in lecto, nec valet ante focum.
Flamma nocet libris ſtudium impedit ante feneſtram,
Viſa venus: ſomnum lectus inire monet.
Ergo relinque focum, lectum ſimul atque feneſtram:
Major & è ſtudiis ſic tibi meſſis erit.

Studioſi Characteriſmus Belgico-Latinus.

LVgduni ſtuduit quidam Pſaltiſta,
Die zijn vaderlick goet meeſt al verquiſt hadt
Muſicus erat atque Citharista
Hy minde een meisken, en leider liſt na
Om haer te behagen op alle termine.
Experientia multa docet ſine fine,
Dat bethoonde hy haer bewijſende,
Quod amanti nihil ſit difficile.
Als hy een hoentken opkloef vers gebraden,
En daer toe een ſtoop wijn in ſijn mach laden,
Cupidinis inſtar erat amænus.
In dictis ac factis totus obſcænus;
Nam ſine Cerere & Baccho friget Venus.
Een kaertken te ſpelen in plaets van ſtuderen,
Libros vendere, *en t' gelt te verſmeeren,*
Een nachtken te trictacken of verkeeren:
Sou ook een Eeſel ſo niet wel wat leeren?
s' Avonts op ſtraet te ſcrappen, tieren, en baren.
Et alta voce, ſta, ſta, vociferare;
Doch te vluchten, ſou hem een muys komtge te

Scirpo

Scirpo armatus *in plaets van een deegen*;
Tanta magnanimitas *dient die ook verſwegen?*
Neen, t'is beter geloopen als ſlagen gekregen.
Per mille Dæmones *ſwoer den vromen* Iohãnes
Gans Droes ik moet ſien wat dit voor een man is!
t' Rammelter en ruyſter al watter omtrent is:
Cor meum pejus eſt, quam cor ſerpentis.
Broeders wat dunckt u of dit geen ſtudent is?

De quodam Studioſo.

Quidam literarum ſtudioſus cum magnos ſumptus feciſſet, quorum rationem patri reddere non poterat, domum literas mittit, quibus ſe mortuum eſſe ſcribit, & patrem orat, ut certam ſibi pecuniæ ſummam mittat, quo honeſte ſepeliri poſſit.

FINIS.